

*Umnia iura üindicahunlur*

Thomas De Vio Cardinalis Caietanus

SCRIPTA THEOLOGICA

vol. I

DE COMPARATIONE AUCTORITATIS  
PAPÆ ET CONCILII  
CUM APOLOGIA EIUSDEM TRACTATUS

VINCENTIUS M. IACOBUS POLLET

editionem curavit

ROMÆ  
APUD INSTITUTUM «ANGELICUM»

1936

Approbationes

Nihil obstat

Romae, die 22 Nov. 1935

Fr. Henricus-D. Simonin  
Fr. Alexander-M. Siemer

Imprimi potest

Romae, die 14 Jan. 1936

Fr. Martinus Stanislaus Gillet  
*Mag. Gen. O. P.*

Imprimatur

Romae, die 6 April. 1936

† Iosephus Palica  
*Archiep. Philipp., Pic. ger.*

## PROOEMIUM

In initio fere omnium veterum collectionum Opusculorum Caietani, duo opuscula inveniuntur, hodie in lucem iterum edenda; qui ordo nobis retinendus esse videbatur in serie quoque Opusculorum theologorum, quae volumine isto inchoatur. Antequam autem scopum et methodum huius editionis exponamus, pauca praemittenda censemus de occasione et argumento utriusque opusculi; quo simul, quantum nostra interest haec opera minora Caietani cognoscere, patebit.

Primum quidem libellum: *De comparatione auctoritatis Papae et Concilii* inscriptum, Cardinalis Caietanus intra duos menses composuit, ac die 12 octobris 1511 finivit. Occasio vero huius opusculi erat Concilium schismaticum Pisanum, quod contra Iulium II P. a nonnullis cardinalibus eodem tempore indictum fuit; ideoque Auctor theses, sic dictas, Gallicanas, iam a saeculo XV occasione Concilii Constantiensis assertas, refutare contendit; illam imprimis Occam et Gersonii, quae superioritatem Concilii supra Papam affirmat. In contrarium Caietanus ostendit, luculentis quidem testimoniis, Papam, utpote Petri successorem, primatum obtinere, id est supremam et plenam potestatem ecclesiasticam, cum omnibus praerogativis eidem annexis.

Opus vero istud fuit a Ludovico XII, rege Galliae, Universitati Parisiensi delatum, quae defensionem suam commisit cuidam doctori iuveni et diserto, Iacobo Almain. Cum autem

hic libellum confecisset : *De auctoritate Ecclesiae, seu sacrorum Conciliorum eam repraesentantium, contra Thornam et Vio, Dominicanum* (Paris, Ioan. Granjon, 1512), Caietanus altero opusculo respondit, nempe : *Apologia de comparata auctoritate Papae et Concilii*, die 29 novembris 1512 completo. Caietanus ut obiectis adversarii sui satisfaciat, ibi pleraque suorum argumentorum reassumit ipsaque novis rationibus illustrat, simul in quo thesis opposita peccet indicando, ac rationes in oppositum allatas egregie solvendo.

Sane vero mirandum, quantum Caietanus per totam istam disputationem, uti interpretem traditionis catholicae, assertorem iurium S. Sedis et fidelissimum sequacem doctrinae S. Thomae se gerat, parvo respectu habito ad circumstantias personarum et temporum. Unde, quamvis controversia illa gallicana iam à longo evanuerit, tamen opus Caietani vim et momentum retinet, atque prorsus dignum est quod vel nostris diebus legatur. Quod testimonium eo magis valet, quo immediate ante heresim lutheranam latum sit \



Hanc editionem parando, solliciti fuimus (sicut ante nos fuerant editores Opusculorum philosophicorum eiusdem Auctoris), ut studentes iique omnes qui ad Caietanum appellant, textum non quidem critice elaboratum, tamen authenticum, in promptu habeant. Prioris ergo opusculi : *De comparatione auctoritatis Papae et Concilii*, textum recensuimus ad fidem editionis principis (Romae, apud Marc. Silber, 19 novembris

1 Cf. Dissertationem nostram de ecclesiologia Caietani, apud periodicum « Angelicum », vol. XI (1934) fasc. 4; vol. XII (1935) fasc. 2.

1511), collatione facta cum editione Coloniensi, quæ paulo post divulgata fuit (Coloniae, apud Quentel, 1512). Utraque editio Parisiis asservatur (ant. Regia E 1797 et 1798; hodie Bibi. Nat., Rés. E 1895-1896). Quamvis in editione principi opusculum istud sic inscribatur: *Auctoritas Papae et Concilii sive Ecclesiae comparata*, titulum communem in ista editione servavimus, cum et ipse Caietanus in initio *Apologiae* eum adducit. Deinde, ut hoc opusculum facilius sit lectu, diversis, sic dictis, paragraphis numerum apposuimus (in margine sinistra), atque index tam capitulorum quam paragraphorum toti operi praemisimus.

Textus autem alterius opusculi, nempe: *Apologia de comparata auctoritate Papae et Concilii*, a collectione Opusculorum Caietani, anno 1515 Veneriis edita, depromitur (cf.: *Opuscula et quolibeta reverendissimi patris Magistri Thome de Oio Caietani... impressa Venetiis, per Georgium Arriubenum anno... 1514 die X octobris*). Accidit vero, in editione ista, numerum capitulorum, a cap. VII et ultra, deesse; mentiones tamen nonnullae in contextu occurrunt, operarum ordinem capitulorum necnon paragraphorum restituimus. Aliæ editiones in hoc nullius nobis adiumenti erant, dum a cap. VII *Apologiae* novam divisionem introducunt. Sic e. gr. editio Lugdunensis 1558 hoc habet: *Apologiae secunda pars in novem et viginti capita divisa*, quae capita cum antiquiore textu non concordant.

Praeterea, ut comparatio facilius evaderet inter loca similia utriusque tractatus Caietani et libelli Jacobi Almain, in editione *Apologiae* apposuimus, a sinistris quidem, numerum paragraphorum operis prioris: *De comparatione auctoritatis* etc. ad quae Auctor se refert; a dextris vero, indicavimus numerum paragraphorum libelli Almain, ad quæ respondet. Quæ omnia in tabula quadam in fine voluminis inserta recapitulantur. Hæc

editio insuper diversis indicibus de auctoribus, nominibus, rerumque materia locupletatur. /

Gratias quam maximas referimus illis omnibus qui in praeparatione huius editionis nobis adfuerunt, praesertim Rev. P. M.-J. Congar O. P., qui varias lectiones editionis Apologiae (anni 1514), bodie in bibliotheca « Ad Salices » (Belgica) asservatae, pro nobis collegit.

*Romae, 15 noüembris 1935, in festo S. Alberti M.*

Fr. Vinc-M. Iac. Pollet, O. P.

---

## SIGLA

- R. = « De comparatione auctoritatis Papae et Concilii, ,  
Romae, 1511.
- C. = « De comparatione auctoritatis Papae et Concilii, }  
Coloniae, 1512.
- V. — « Apologia de comparata auctoritate Papae et Conci-  
lii, » Veneriis, 1514.
- ALM. = IACOBUS ALMA1N, *Tractatus de auctoritate Ecclesiae  
seu sacrorum Conciliorum eam repraesentantium, con-  
tra Thomam de Kio, Dominicanum*. In : IOANNIS GER-  
SONII Opera omnia, opera et studio M. Lud. Ellies du  
Pin, t. II, p. 976-1012, Antwerpiae, 1706.
- BEKKER = I. BEKKER, *Aristotelis Opera*, 5 vol., Berolini,  
1831-1870.
- CIC = *Corpus iuris canonici*, ed. Ae. Richter et Ae. Fried-  
berg, 2 vol., Lipsiae, 1881.
- DENZ.-BANNW. = H. DENZINGER ET C. BANNWART, *Enchi-  
ridion symbolorum, definitionum et declarationum de re-  
bus fidei et morum*, 17a edit., Friburgi Brisgoviae, 1928.
- DHE = *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiasti-  
ques*, Paris, 1912 et sq.
- DTC = *Dictionnaire de Théologie catholique*, Paris, 1909  
et sq.
- GLOSSA — *Glossa ordinaria super Decretum Gratiani et De-  
cretales* (Ioannes Teutonicus, Bernardus de Botone, Ioan-  
nes Andreas), 3 vol., Veneriis, 1584.



- H. ~ H. HURTER, *Nomenclator literarius theologiae catholicae*, 4 vol., 2a edit., Oeniponte, 1899.
- MSI = I. D. MANSI, *Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio*, t. XXVII, Parisiis - Lipsiae, 1903.
- PG = I. P. MIGNÉ *Patrologiae cursus completus*, Series graeca, Parisiis, 1857-1866.
- PL = I. P. MIGNÉ, *Patrologiae cursus completus*, Series latina, Parisiis, 1844-1864.
- QE = QUÉTIF-ÉCHARD, *Scriptores Ordinis Praedicatorum*, t. I, Lutetiae Parisiorum, 1719.
- ROC. = I. T. ROCABERTI, *Bibliotheca maxima Pontificia*, t. XIII, Romae, 1698.

## SYNOPSIS

### DE COMPARATIONE AUCTORITATIS PAPÆ ET CONCILII

*ubi singula membra divisionis referuntur \*

Prologus		1-5
P. 1: Potestas Papæ absolute ac in se declaratur.	I	6-13
P. II: Potestas Patri primi Papæ ad Apostolorum auctoritatem comparata.	II-IV	
Opiniones aliquorum de potestate Petri et Apostolorum.	ii,	14-22
De subiectione aliorum Apostolorum ad Petrum.	iii,	22-42
Solutio obiectorum circa primatum Petri.	iv,	43-55
P. III: Potestas Papæ per comparisonem ad Ecclesie seu Concilii Universalis auctoritatem	V-XXVIII	
A. Absolute et simpliciter	V-XVI	
§ 1. — 1. Rationes tenentium Papam subesse Ecclesie seu Concilio.	v,	56-66
2. Quo sensu hic accipitur dicta comparatio.	vi,	67-82
3. Papa est supra Ecclesiarum seu Concilium, ut distinguitur contra ipsum.	vu,	83-97
4. Ad obi. de auctoritate Cone. Constantiensis et Basileensis.	vili,	97-113
5. Solutio diversorum obiectorum.	ix,	119-151
§ 2. — 1. De superioritate Concilii iuxta fictionem Gersonii.	x,	152-163
2. Sed c.: Ecclesia non potest Papam supplere.	xi,	165-192
3. nec per seipsam legem ferre,	xii,	193-198

<sup>1</sup> Numerus prior, caput ; alter autem, « paragraphum » indicat.

4. nec ordinarie ad gradus hierar- chicos promovere.	XIII,	199-206
5. Solutio dictorum Gersonii.	XIV,	207-212
§2. — 1. De Congregatione Concilii ge- neralis iuxta opinionem aliquorum	XV,	213-218
2. De Congregatione Concilii iuxta veritatem catholicam.	XVI,	219-241
B. JN CASIBUS.	<b>xvn-xxvni</b>	
1. HAERESIS.	<b>XVIII-XXII!</b>	
1a. Opinio : Papa haereticus est ipso facto depositus.	XVII,	241-256
2a. Opinio: idem est deponendus a Concilio ut a superiore.	XVIII,	257-262
3. Examen primae opinionis.	XIX,	263-274
4. Sol. : Papa haereticus subest po- testati ministeriali Ecclesiae.	XX,	275-297
5. Discussio praedictae potestatis.	XXI,	298-312
6. Responsum ad rationes primae opi- nionis.	XXII,	313-342
7. Append: Sola contumacia reddit Papam haereticum deponibilem.	XXIII,	343-352
2. INCORRIGIBILITATIS.	<b>XXIV-XXVII</b>	
1. Opinio, quod Papa peccator ac contumax deponendus est.	XXIV,	353-364
2. Sed c.: ad legem divinam solam pertinet determinatio casuum depositionis.	XXV,	364-378
3. Atqui lex divina solum casum haeresis statuit.	XXVI,	379-403
4. Responsum ad primo allata.	XXVII,	404-429
C. IN EVENTIBUS.	<b>XXVIII</b>	
Praeter culpam, nullus est eventus co- gens ad depositionem Papae.	xxviii.	430-445

*AUCTORITAS*  
*PAPÆ ET CONCILII SEU ECCLESIAE*  
*COMPARATA*



1 REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO DOMINO  
NICOLAO S. R. E. TITULI S. PRISCÆ PRESBYTERO CARDINALI  
DE FLISCO, FRATER THOMAS DE VIO CAIETANUS, SACRÆ THEO-  
LOGIÆ PROFESSOR AC TOTIUS ORDINIS PRÆDICATORUM GENE-  
RALIS MAGISTER, SERVUS, S. D.

2 Tametsi putem, pater amplissime Flisce, eam comparationem  
quam nuper de Pontificis maximi Ecclesiaeque totius auctoritate  
scripsi, a multis hac tempestate, quemadmodum in diversa studia  
scinduntur, ita dissimili ratione esse legendam, acceptandam,  
diiudicandam, omnibus tamen gratum fore puto, vel minimarum  
rationum quae ad hanc rem inusitatam, consentaneam tamen his  
temporibus, afferuntur fieri certiores; adversariis quidem et ae-  
mulis, ut impugnent, amicis, ut ea quae veritatis sunt defen-  
dant, ceteris autem, ut praesto ad legendum habeant quid de  
tanta his temporibus concursatione, maximaque et olim saepe  
et in praesentia contentione, sit constituendum.

3 Ego Praedicatorum Ordinis, Romanae ecclesiae veritatisque  
studiosissimi, generalis magister, hanc Summae Auctoritatis com-  
parationem in defensionem quidem veritatis et Sedis Apostolicae,  
non ut hominibus placeam, quamquam si id quoque assecutus  
fuero non aspernabor, sed ut Jesu Christi veritatisque servus  
sim, libere scripsi; tibi quoque impraesentiarum et dedico quidem  
recte et perquam libenter inscribo, quod ab illa Sede quam  
defendo et quam Flischorum ornatissima familia tua, ornatissimis  
viris, episcopis, cardinalibus et Summis Pontificibus semper or-  
navit, ipse sis tandem summis honoribus exornatus.

4 Cumque te, optimum Praedicatorum Ordinis protectorem, et conciliandae conservandaeque ecclesiasticae unitatis et veritatis amplificandae vehementer cupidum esse sciam, nil ambigo quin ea quae pro veritate et tantae Auctoritatis unitate atque concordia ex eo ordine a me tibi inscripta dedicataque sunt, grato sis animo et, qua polles, probitate et benignitate singulari suscepturus, atque habiturus inter cetera sempiternae voluntatis et observantiae erga te meae testimonia

5 *Incipit tractatus R. patris fratris Thomae de Vio Caietani sacrae theologiae professoris, Ordinis Praedicatorum generalis magistri, de comparatione auctoritatis Papae et Concilii seu Ecclesiae universalis.*

a Sequitur in ed. R.: < Tabula capitulorum totius tractatus, » quam ad finem huius libelli reiecimus.

## Caput I

### *Quod Papa habet supremam potestatem in Ecclesia Dei.*

6 Intendens resolute comparare potestatem Papae potestati Ecclesiae et Concilii universalis, primo potestas Papae suo loco ponenda est, deinde comparabitur specialiter Apostolorum auctoritati, post Ecclesiae et Concilii universalis absolute, et deinceps in casibus, primo haeresis, secundo incorrigibilitatis, et demum in eventibus, ut sic resolute habeatur et simpliciter, et secundum quid \ Et intendo pro solis viris doctis absque ulla passione rationabilia tantum dicere, sub iudicio tamen sacrosanctae Romanae ecclesiae.

7 Et ne quis putet ponere me falcem in messem alienam, praemitto quod, quia auctoritas Papae immediate est a Deo et revelata in sacra Scriptura, et auctoritas Ecclesiae universalis immediate dicitur esse a Deo, ut Constantiense Concilium declaravit <sup>1</sup>, ideo materia isto primo et **principaliter est theologorum**, quorum est sacram Scripturam et divina opera scrutari, secundario autem, in quantum scilicet est in sacris canonibus declarata, ad canonistas spectat. Propter quod graviter errant in hac re canonistas primo deferentes. Oportet ergo virum docilem utrosque, theologos et canonistas, in re hac perspicere, et in suo quemque

<sup>1</sup> Cf. divisionem lobus operis in Prologo.

<sup>2</sup> In sessione IV et V (MSI, XXVII, 585 B, 590 D), ut Caictanus longius refert cap. V.



loco honorando theologiae primatum dare, utpote quae ex propriis potest hoc determinare. Canonicum autem ius non nisi ad theologiam recurrat, auctoritatem scii, sacrae Scripturae, quae vera theologia est.

8 A primo igitur inchoando dicimus quod certa est ista propositio: **Papa habet supremam potestatem in Ecclesia Dei.** Fundaturque super institutione Iesu Christi, Matth. xvt [18. 19] et Ioann, ult. [xxi, 17]

9 Salvator siquidem noster, Rex regum et Dominus dominantium, quamvis potuisset Christianam rempublicam in terris diversis modis regendam disponere, voluit tamen et statuit ut non populare, non divitum, non potentum, non optimatum multorum aut paucorum esset regimen, sed unius tantum, promittens soli Petro, Matth. XVI, [19]: « Tibi dabo claves, etc. » et eidem soli promissionem exhibens, curam omnium ovium suarum committens. Joann ult. [xxi, 17]: « Pasce oves meas. » Comparativa siquidem interrogatio a qua sermo incepit dicens: « Simon Joannis, diligis me plus his? » convincit etiam protervos quod Petro ut distincto ab Apostolis praesentibus, ad quos refertur comparatio, et non in persona eorum loquebatur Dominus

10 Et licet hic textus sufficere deberet, quoniam tunc factus est **Petrus pastor universalis**, dum dictum est in praesenti: « Pasce oves *meas* », non has vel illas, sed indistincte, ut omnes comprehenderet, ut Gregorius notat <sup>1</sup>, — non desunt tamen glossae Chrysostomi dicentis, ibidem: « Praeteriens alios, soli Petro loquitur: praepositus loco mei esto et caput fratrum

<sup>1</sup> Cf. DENZ.-Ba NNW.. 1822.

<sup>2</sup> S. GREGORIUS MAGNUS, *Epistularum* l. V, ep. 20, ad Mauricium Augustum. PL, 77, 745 C ; ib. 746 A.

tuorum » et Theophili dicentis quod commissionem ovium mundi Petro commendat, non alii 2. Et Leo Papa in cap. *Illa Dominus*, D. XIX et in VI<sup>o</sup>, *de electione*, cap. *Fundamenta* dicit: « Ita Dominus huius muneris sacramentum ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso, quasi a quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet. »

11 Et merito, inquit Divus Thomas in IV Contra Gentes c. 76 <sup>3</sup>, sic Salvator instituit: quia regimen Ecclesiae est optime ordinatum, optimum autem regimen est unius, quod ex fine regiminis apparet: est enim finis pax, quae in unitate consistit et constat quod melius est causa unitatis unus quam multi, qui non nisi ut in unum venientes eam causant. Est ergo Ecclesiae regimen institutum ut unus solus praesit universae reipublicae.

12 Et tu valde notabis assumptum, scii, quod Jesus Christus instituit tale regimen ut claudas ora opponentium de regali regimine instituto a senatu seu populo libero: non enim Ecclesia, aut populus Christianus, aut Concilium aliquod universale, sed Christus ipse qui vivit et regnat instituit tale regimen, sic ut Petrus non Ecclesiae, sed Iesu Christi vicarius esset, ut ex Concilio Lugdunensi in cap. *Ubi periculum*, *de elect.* 1, 6, patet, ubi Papa dicitur

\* S. IOANNES CHRYSOSTOMUS. *In Ioann Homil*, 88, 1; PG, 59.478.

2 Apud THEOPHYLACTUM, *Enarratio in Evang, Ioan*, c. 21, vv. 15-19; PG» 124, 309 A.

3 c. 7. D. XIX.

4 c. 17, X, *de electione et electi potestate*, 1, 6 cf. S. LEO M., *Ephi.* X, c. I; PL, 54, 629.

5 S. THOMAS, *Contra Gentes* 1. IV, c. 76: « Adhuc, nulli dubium esse... ».

lesu Christi vicarius 12 Et in cap. *Quarrwis*, d. XXI, Pelagius [II] Papa dicit: « Sancta Romana ecclesia catholica et apostolica nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis praelata est, sed evangelica voce Domini et Salvatoris primatum obtinuit » Afferuntur quoque in dicto capite *Contra Gentes* 35 multae ad hoc propositum rationes de primatu Papae et de necessitate eiusdem ultra Iesu Christum in coelis, quas poteris ibi videre.

[3 Firmatur quoque asserta propositio auctoritate Martini V in Concilio Constantiensi, ubi definita est, ut patet in bulla condemnationis Iohannis Wicleff<sup>1</sup>. In Concilio quoque oecumenico Florentino sub Eugenio IV, ubi unio Graecorum et Armenorum cum Romana ecclesia facta est, habentur haec verba: « Definimus sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Romanum Pontificem successorem esse beati Petri principis Apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere; et ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse » Haec ibi. Ex quibus patet **propositionem dictam non solum esse veram, sed contrariam esse erroneam**, ut etiam sanctus Thomas in tractatu *Contra errores Graecorum* cap. 65 et tribus sequentibus tangit et pertinet ad errores Iohannis Hus damnatos in Concilio Constantiensi a Martino V.

<sup>1</sup> c. 3, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI0.

<sup>2</sup> c. 3, D. XXL Rectius Gelasius P. cf. CIC, I, 70, cum nota,

<sup>3</sup> S. THOMAS, IV *Contra Gentes*, c. 76, sub fine.

< Cf. DENZ.-BANNW., 674.

<sup>5</sup> lb. 694.

b Cf. S. ITHOMAE *Opuscula omnia*, éd. Mandonnet, III, 323-4.

<sup>†</sup> Prop. 27-29; DENZ.-BANNW., 653-5.

## Caput II

*Opiniones aliorum de comparatione potestatis Petri primi Papae et Apostolorum.*

14 Quamvis autem Papae potestas, Petro Apostolo primum collata, ostensa sit suprema, non desunt tamen qui Apostolos reliquos parem potestatem accepisse a Christo arguant. Et ut veritas clarius elucescat, scito quod in hac re duo dubia involvuntur, quae, si separentur, perspicuam magis sortientur veritatem. Alterum dubium est de aequalitate potestatis Petri et aliorum Apostolorum, alterum de modo habendi potestatem: an scilicet omnes immediate habuerint eam a Iesu Christo, an solus Petrus immediate a Christo, alii vero ab eodem mediante Petro. Et quoad utrumque dubium duae sunt extremae opiniones.

15 Prima est dicentium quod omnes Apostoli parem potestatem a Iesu Christo immediate habuerunt. Et hi utrumque simul multipliciter probant ex sacra Scriptura.

16 Primo ex eo quod Matth. XVIII, [18] Salvator omnibus Apostolis replicavit quod soli Petro dixerat in cap. XVI, [19]. Ait enim: «Quaecumque solveritis super terram, etc.» Et verbum illud Ioan. ult. [xxi, 17] dictum Petro: «Pasce oves meas,» omnibus Apostolis in sententia dictum est. Quoniam pascere tripliciter fit: doctrina, vita et correctione, haec autem omnia omnibus dicta sunt Apostolis: primum, Matth. ultimo [xxviii, 20]: «Docete omnes gentes.» Secundum, Matth. V,

[14. 16]: «Vos estis lux mundi... Sic luceat lux vestra coram hominibus etc.» Tertium, Joan, ult.: «Quorum remisistis peccata,<sup>2</sup> etc. »

17           Secundo, ex II cap. ad Gal. ubi Paulus dicit quod Hierosolymis Petrus et alii Apostoli « nihil » sibi « contulerunt » nec doctrinae nec potestatis, ut ibidem bis habet S. Thomas “, sed «dederunt» ei «dexteras... societatis»<sup>1</sup>; et quod Antiochia restitit Petro in faciem, quia reprehensibilis erat | : haec enim non sunt inter superiorem et subditos, sed potius inter socios. In Act. Ap. XVI cap., [14] legimus quod Apostoli miserunt Petrum et Ioannem in Samariam. Constat autem quod maior non est qui mittitur mittente, iuxta illud : « Non est servus maior domino suo, nec apostolus maior eo qui misit illum» Joan. XIII, [16].

18           Et confirmantur haec auctoritate sanctorum canonum, primo Anacleti Papae, D. XXI, cap. *In novo* : « Ceteri Apostoli, inquit, cum beato Petro pari consortio praediti et honorem et potestatem acceperunt ’. » Secundo, Cypriani, cap. *Loquitur Dominus*, XXIV, qu. I : « Hoc ceteri Apostoli erant quod Petrus fuit pari consortio praediti et honoris et potestatis °. » Tertio, Hieronymi super epistolam ad Galatas, et habetur II qu. 7, cap. *Paulus*: «Paulus Petrum reprehendit, quod non auderet nisi non imparem sciret . »

19           Altera extrema opinio est discordantium in utroque et dicentium quod nec parem potestatem

<sup>1</sup> Ioan. XX, 23 (quod eat penultimum cap., et non ultimum).

<sup>2</sup> S. THOMAS, *Expositio super epistolam ad Galatas*. c. 2, l. 2 ; ed. Marietti, I, 539-540.

<sup>2</sup> Gal. II, 6. 9.

< lb. v. 11.

» c. 2. D. XXI

« c. 18, C. XXIV, q. 1.

’ c. 33, C. II, q. 7 cf. *Glossa ordin.* in Gal. I, II, ad verbum « restiti » (PL, 114, 574). Erronee haec explanatio Hieronymo tributa fuit a Decreto Gratiani, cum nonnullis auctoribus, quod quidem Caietanus hic refert.

nec immediate a Iesu Christo omnes Apostoli acceperunt potestatem, sed solus Petrus immediate a Domino Iesu Christo potestatem accepit, et omnes ei subiecti fuerunt, ab ipso potestatem habentes.

20 Et de modo quidem habendi potestatem, scilicet quod solus Petrus habuit eam a Domino Iesu immediate, probant in communi quidem ex textu Anacleti, D. XXI, *In nouo*: « Petro primo pontificatus in Ecclesia Christi datus est! » In speciali autem, quoad potestatem ordinis, non sacerdotalis — hanc enim constat habuisse omnes immediate a Christo in Cena dicente : « Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis<sup>2</sup>, » quoad actum celebrandi missas, et post resurrectionem, quoad actum absolvendi in sacramento poenitentiae, dicente : « Accipite Spiritum Sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis ... » etc. — sed episcopalis, probant ex consecratione Iacobi et Pauli ac Barnabæ. Iacobus autem ordinatus fuit archiepiscopus Hierosolymitanus a Petro et Iacobo et Ioanne, ut dicitur in *Porro*, D. LXV<sup>4</sup> ; et Paulus et Barnabas ordinati ab aliis fuerunt : dicitur enim Act. XIII, [23]: « Dixit Spiritus Sanctus: Segregate mihi Paulum et Barnabam » etc.. Et subiungitur : « Imponentes eis manus dimiserunt. » Glossa : « In modum ordinandorum<sup>5</sup> » ; et in cap. *Quod die dominico*, D. LXXV .

21 Quoad potestatem vero iurisdictionis, cum nulli clarius appareat quam Matth. XVIII, [18], ubi Apostolis dicit

» C. 2. D. XXL

<sup>2</sup> Cf. Luc. XXII, 20; 1 Cor. XI. 24, 25.

<sup>3</sup> Joan. 20, 22. 23.

< c. 2 fin., D. LXVI.

<sup>5</sup> *Glossa InterUnearis* supra Act. 13, 3. Apud NICOLAUM LYRANUM, VI, 1126 (Venetiis, 1603).

<sup>6</sup> C. 5, D. LXXV.

Dominus Iesus : « Quaecumque solveritis super terram » etc., probant ex hoc quod Christus soli Petro dixerat : « Quodcumque solveris » etc. Matth. XVI, [19]. Ex ipso, inquiunt, ordine promissionis insinuat quod potestas ligandi et solvendi ordine quodam exhibenda erat, ut scilicet per Petrum ad alios derivaretur, ut S. Thomas in IV Contra Gentes c. 76 et in IV Sent. d. 24 q. ult. dicit \ Affertur quoque auctoritas Leonis supra inducta ex cap. *Ita dominus*, D. XIX, clare dicentis quod Christus hoc disposuit ut ab ipso Petro, quasi a quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet J.

22           **De aequalitate vero potestatis Apostolorum,**  
quattuor invenio expositiones sustententes cum hoc **Petri auctoritatem super omnes.** Prima distinguit potestatem ordinis et iurisdictionis, et omnes dicit esse aequales in potestate ordinis, sicut omnes episcopi sunt aequales tali potestate. Secunda dicit quod omnes Apostoli fuerunt in potestate iurisdictionis pares, id est similes, probatque in Scriptura paritatem pro similitudine sumi ex Lev. XVIII, [28] : « Cavete ne vos similiter evomat, cum paria feceritis. » Glossa : « id est similia 3. » Tertia est S. Thomae in lia Hae, q. 33, a. 4, ad 2 quod fuerunt pares aliquo modo quantum ad fidei defensionem. Inquit enim sic : « Coram omnibus Paulus Petrum non reprehendisset, nisi aliquo modo par esset quantum ad fidei defensionem. » Quarta est eiusdem supra epistolam ad Gal. II cap., quod Apostoli fuerunt aequales quantum ad executionem auctoritatis. Ait enim : « Apostolus (scii. Paulus) fuit par Petro in executionem auctoritatis, non autem in auctoritate regiminis<sup>4</sup>. »

1 S. THOMAS, IV Senl. d. 24, q. 3, a. 2, qa. 3, ad lum.

2 c. 7, D. XIX, ut eupra n. 10.

3 Glossa *Inclrlincar* in hunc locum. Apud NICOLAUM LYRANUM, I, 1063.

4 S. THOMAS. *Expositio in epist. ad Gal.*, c. 2, l. 2, circa init.; ed. Marietti, I, 542

### Caput III

*Rationabilis sententia quod Petro subiecti erant ceteri Apostoli.*

23 Allatis duobus extremis opinionibus, media mihi via incedendum occurrit, et dicendum quod Apostoli inter se possunt comparari dupliciter. Primo, in quantum Apostoli, et sic omnes fuerunt aequales. Alio modo, in quantum oves Christi, ab eo hic corporali conversatione separatae, et sic Petrus solus est pastor, et reliqui Apostoli oves sub illius cura. Sed quia non sufficit dicere, sed oportet declarare et probare sic esse ut dicimus, **declaro primo dignitatem et potestatem apostolatus.**

24 Scribitur in primis Luc. IX cap. [1.2] quod : « Convocatis Iesus duodecim Apostolis dedit illis virtutem et potestatem super omnia daemones et ut languores curarent, et misit illos praedicare regnum Dei et sanare infirmos. » Matth. quoque ult. [XXVIII, 18. 20] legitur quod eisdem Dominus dixit : « Euntes in mundum universum, docete omnes gentes, baptizantes et docentes servare omnia quae mandavi vobis. » In prima quoque epistula Pauli ad Corinth., XII cap., [28] legitur quod « Deus posuit in Ecclesia primum Apostolos », ubi Glossa interlinearis, in verbo: « Primum, » dicit: « Dignitate et tempore, » et in verbo: « Apostolos, » dicit: « Omnium ordinatorum et iudices x. »

<sup>1</sup> Glossa interlinearis in hunc locum. Apud NICOLAUM LYRANUM VI, 310.



- 25 In Decreto D. LXVIII c. *Quorum vices*<sup>1</sup>, dicitur ex Augustino : « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filii nati sunt et constituti episcopi 13 » Et in Concilio œcumenico Florentino sub Eugenio IV inter documenta fidei de ministro confirmationis habentur haec verba : « Hanc (scii, confirmationem) non nisi episcopus debet conferre : quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent episcopi, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant<sup>2</sup>. »
- 26 Divus Thomas, super praeallatis verbis ex Ia epistula ad Cor. 12 cap., dicit haec verba : « Maiores autem ministri in Ecclesia sunt Apostoli, ad quorum officium tria pertinent : quorum primum est auctoritas gubernandi fidelem populum, quae proprie pertinet ad officium apostolatus. Secundo, facultas docendi. Tertio, potestas miracula faciendi ad confirmationem doctrinae. » Haec ille<sup>3</sup>. Et postquam subiunxit quod tertium horum ordinatur ad secundum, et secundum ad primum, subdit : « Deus posuit primum Apostolos, quorum regimini commisit Ecclesiam. » Et tripliciter probat. Primo, per illud Luc. XXII, [29] : « Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum. » Secundo, per illud Apoc. XXI, [14] : « Murus civitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum. » Tertio, per illud ad Rom. VIII, [23] : « Nos ipsi primitias Spiritus habentes » ; maiori enim gradui maior datur gratia.
- 27 Ex his omnibus facile est videre quod **Apostoli**, in quantum **Apostoli**, habuerunt non solum potesta-

<sup>1</sup> c. 6. D. LXVIII.

<sup>2</sup> S. AUGUSTINUS, *Enarrationes* in Ps. XLIV., v. 17, n. 32; PL, 36, 513.

<sup>3</sup> DENZ.-BANNW., 697.

< S. THOMAS, *Expositio in I ad Cor.*, c. 12, l. 3 ; Ed. Marietti, I, 359.

tem ordinis, sed iurisdictionis: auctoritas enim gubernandi Ecclesiam, quae est apostolatus propria, sine iurisdictionis potestate non est. Et si huic adiunxeris quod non habuerunt apostolatum a Christo mediante Petro, sed immediate ab ipso Iesu Christo, iuxta illud Ioan. XX, [21]: «Sicut misit me Pater, et ego mitto vos», et Matth. X, [1], et Marci III, [14] et Luc. VI, [13], patet quod ipse fecit eos Apostolos; et ad Gal. I, [1] Paulus probat se Apostolum quia «neque ab hominibus, neque ab homine» tam mittente quam docente est Apostolus, — solves utrumque dubium, scilicet de potestatis aequalitate et de modo habendi, quod scilicet Apostoli quantum ad apostolatus auctoritatem fuerunt aequales simpliciter, et quod hanc potestatem habuerunt a Iesu Christo immediate, sicut et apostolatum.

Dixi autem: simpliciter, quia secundum quid nihil prohibet unum Apostolum habere apostolatum digniorem altero, ut Paulus aliis, iuxta Glossam interlinearem ad Gal. I, [1] in verbo: «Qui suscitavit eum a mortuis,» dicentem in persona Pauli: «Et ita dignius me constituit per immortalem Christum quam alios per mortalem \» et Glossam marginalem «ex Augustino in Libro retractationum ex eadem radice<sup>3</sup>. Propter quod Divus Thomas ibidem dicit, Paulum ad dexteram et Petrum ad sinistram in bullis papalibus imprimi. Dignitas enim ista ex parte status vocantis, quia scilicet est immortalis, non facit vocatum Apostolum maiorem simpliciter, sed quoad hoc.

<sup>1</sup> Glossa interlinearis in hunc locum. Apud NICOLAUM LYRANUM VI, 465.

<sup>2</sup> Glossa ordinaria ibid. (ci.: WALAFRIDUS STRABUS, in *epist. ad Gal.* loc. cit.; PL» 114, 569-570 D).

<sup>3</sup> S. AUGUSTINUS, *tractationes* 1. 1 c. 24; PL, 32, 622.

<sup>4</sup> S. THOMAS, *Expositio in epist. ad Gal.* c. 1,1. 1; cd. Marietti, 1, 526.

29 Si autem consideremus quod etiam ipsi **Apostoli oves erant Christi**, a quo statutum est ut sit «unum ovile et unus pastor<sup>2</sup>» sic **Petrus invenitur ille unus pastor**, cui dictum est: «**Pasce oves meas**», non has vel illas, et reliqui inveniuntur unius ovilis oves. In cuius signum Petrus statim factus pastor curam Joannis suscepit, interrogans de eo: «**Hic autem quid?**», ut patet Ioan. ult. [xxi, 21].

30 **Quomodo autem verificari possunt haec duo simul**, quod scilicet omnes Apostoli fuerunt pares in auctoritate gubernandi Ecclesiam atque a Iesu Christo eam immediate habuerunt, et quod Petrus solus fuit institutus pastor universalis Ecclesiae et maior auctoritate super alios Apostolos, ita quod ab ipso capite in totum Ecclesiae corpus potestas derivata est, difficile apparet prima fronte, sed si subtiliter contemplati fuerimus, videbimus de facto omnia vera simul fuisse.

31 Sciendum est namque quod, sicut in natura dupliciter aliqua fiunt, scii, naturaliter, ut cum homo generat hominem, et infirmus ex virtute naturae sanatur; et supernaturaliter, sicut cum homo creatus est a Deo, et infirmus miraculo sanatur, ita in Ecclesia duplici quoque modo aliquid fit, scii, ordinarie, ut cum servato iuris ordine creatur episcopus, et de speciali gratia a principe, ut si statim aliquis crearetur episcopus, ut de Ambrosio contingit. Utroque autem modo princeps noster Iesus Christus in primitiva Ecclesia usus est.

32 Nam in **institutione ecclesiastici regiminis ordinario iure perpetuo servandi**, monarchicum, id est unius principatum instituit, et posuit Petrum caput unum totius corporis Ecclesiae, a quo in omnes potestas iurisdictionis et ordinis ordi-

1 Ioan, X. 16.

2 Ib. XXI, 17.

narie derivaretur. Et hoc intendunt omnes sacri auctores, cum de dependentia omnium a Petro doctrinam tradunt.

33 In erogando vero ex speciali gratia, sicut praevenit Petrum in conferendo potestatem ordinis, dum ipse Dominus per seipsum etiam alios Apostolos fecit sacerdotes in ultima cena, et confessores post resurrectionem, et sacramentum confirmationis..., ita praevenit eundem in dando auctoritatem gubernandi, ordinandi iudicandique Ecclesiam, ut ex allatis patet auctoritatibus. Et quemadmodum nihil obstat majoritati ipsius Petri capitis quod alii non habuerunt ab ipso potestatem ordinis, quia hoc non fuit ex defectu potestatis in Petro aut exemptione aliorum ab ipso, sed ex praeventione superioris, qui prius dedit id subditis ex gratia quod ordinarie dandum erat eisdem a Petro, ita etiam nihil officit excellentiae potestatis iurisdictionis Petri super omnes, quod eius subditis Salvator superior omnibus dedit illam potestatem ex gratia, quam a Petro per viam ordinariam erant accepturi.

34 Modus itaque varius dandi et accipiendi potestatem clarificat veritatem. In Petro enim et a Petro inchoat omnis Ecclesiae potestas et derivatur in totam Ecclesiam via ordinaria ; et rursus aliqui Petro subditi plures potestates acceperunt a Christo immediate, quas a Petro accepturi erant, via praeventionis gratuita. Et sic Ecclesia una sub unico tantum capite, Petro scilicet, et habet Apostolos omnes immediate a Christo potestates ordinis et iurisdictionis habentes ex gratia praeveniente, et habet Petrum solum caput Apostolorum ceterorum et omnium, a quo in Apostolos alios et in omnes ordinarie potestas ordinis et iurisdictionis derivanda est. Sunt ergo simul vera quae adversari sibi invicem videbantur.

35 Et ut clarius elucescant dicta, scito quinque esse differentias inter potestatem Petri et aliorum Apostolorum.

- 36           **Prima est in modo dandi et accipiendi:** quia Petro data est ordinarie, aliis autem ex speciali gratia, ut explanatum est.
- 37           **Secunda est in officio,** et sequitur exprima: quod Petrus factus est vicarius generalis Iesu Christi, alii vero facti velut legati seu delegati eius, iuxta illud Pauli 2 ad Cor. V, [20]: « Legatione pro Christo fungimur, » et ad Eph. ult. [vi, 20]: « Legatione fungor in catena ista ». Et hoc ipsum Apostoli nomen importat, a missione sumptum, quamvis extenso vocabulo in praefatione dicantur vicarii \
- 38           **Tertia est in obiecto potestatis:** quod aliorum potestas iurisdictionis non erat supra se invicem, sed super alios; Petro vero potestas erat et super alios et super ipsos reliquos Apostolos, dicente sibi soli Christo: « Pasce oves meas », in quarum numero sine dubio erant Apostoli. Ubi Chrysostomus dicit in persona Christi ad Petrum: « Loco mei praepositus esto et caput fratrum tuorum 2 »
- 39           **Quarta est in perpetuitate potestatis:** quia aliorum potestas finienda erat cum vita eorum, quoniam data est eis in personis propriis pro solis personis propriis, et non pro eorum successoribus; Petri vero potestas usque ad consummationem saeculi perseverat, quia data est sibi in persona propria non solum pro seipso, sed omnibus successoribus suis: quod sancti Doctores exprimunt sub aliis verbis, dicendo quod data est Petro in persona Ecclesiae. Et ex hac differentia oritur quod nullus est successor Iohannis, aut Iacobi, nec etiam Pauli Apostoli, in auctoritate apostolatus universalis gubernationis Ecclesiae, sicut Apostoli gubernabant ubique, sed tantum in po-

1 Apud *Missale Romanum*, praefatio de Apoitolis

2 Ioh. XXI, 17.

3 S. IOANNES CHRYSOSTOMUS, *In Ioh.* Hom. 88, 1; PG, 59, 478.

testate ordinis et regiminis unius certæ Ecclesiæ succedunt episcopi ; sed solius Petri successor est et dicitur Papa, ut patet ex allegatis superius \*.

40 Quinta et ultima pro nunc est in ipsa essentia potestatis: quoniam auctoritas communiter Apostolis data ex vi apostolatus fuit velut potentia exsecutiva ; unde et a S. Thoma vocatur auctoritas gubernandi, gubernatio enim executionem sonat. Auctoritas vero data soli Petro, cum factus est Papa, dicente Christo : « Pasce oves meas, » est potentia praeceptiva ; et propterea vocatur a S. Thoma auctoritas regiminis. Propter quod dixit S. Thomas: « Paulus fuit par Petro in executione, non in auctoritate regiminis » ad Gal. II, [11] et, ad Cor. XII, [28]: « Ecclesiæ regimen, » quod sonat executionem, non auctoritatem regiminis quod sonat imperium, commissum dicit Apostolis 13 Unde et in praefatione non appellantur vicarii absolute, sed vicarii operis, dicente Ecclesia ad Deum de Apostolis : « Quos operis tui vicarios », » quasi diceret : vicarios ad exsequendum.

41 Verumtamen, quia unum pro alio quandoque poni potest, si etiam inveniretur paritas in auctoritate regiminis, pie exponendum esset pro exsecutiva potentia. Dedit enim Salvator omnibus Apostolis communiter, ut exsequi possent in eis, ad quos mittebantur, omnia quae poterat exsequi Petrus, puta instituere ecclesias et episcopos, docere, excommunicare etc.. Petro autem absolute dedit potestatem omnium. Et sic Paulus aliquo modo, id est executive, erat par Petro quantum ad fidei defensionem, ut ex lia Hae dictum est \*.

1 S. THOMAS, *Expositio in epist. ad Gal.* c. 2, l. 3, init. ; cd. Marietti, 1, 542

1 S. THOMAS, *Expositio in I epist. ad Cor.*, c. 12, l. 3: « Primum quidem Apostolos, quorum regimini commisit Ecclesiam ; » cd. Marietti, 1, 359.

3 Apud Rituale Romanum, praefatio de Apostolis.

42 Et sinon pénétras differentiam hanc inter potentiam exsecutivam et praeceptivam, vide illam in exemplo. Episcopi habent officium praedicandi, et fratres Praedicatorum habent etiam officium praedicandi, cum ad hoc instituti sint, sed differenter : quia episcopi ex propria auctoritate hoc faciunt, fratres vero Praedicatorum auctoritate Papæ delegantis eis in officium hanc praedicationis exercendae potestatem Sic enim proportionaliter de potestate gubernandi Ecclesiam in Petro et aliis Apostolis fuit: Petrus enim ex propria sui pontificatus officii auctoritate gubernabat, alii vero Apostoli ex privilegio Domini delegantis eis gubernationis officium. Nunc superest respondere obiectis in sequenti capitulo.

<sup>1</sup> Comp. S. THOMAM, *Contra impugnantes Dei cultum et religionem*, c. 4 ; cd. Manducnet, IV, 58.

## Caput IV

*In quo soluuntur obiectiones contra determinationem factam de Petri primatu super alios Apostolos.*

43 Ut autem ordinate satisfiat obiectis, primo ad primo inductas obiectiones, et sic deinceps respondebitur \

44 Ad auctoritatem ergo ex Matth. XVIII, [18] dicitur quod  
n. 16 in verbis dictis Petro soli cap. XVI, [19] et in verbis dictis omnibus cap. XVIII, [18] perspicienda sunt duo, scilicet **ordo et potestas data**. **Ordo** fuit quod prius Petri soli dictum est: « Quodcumque solveris..., » et deinde omnibus, et ex hoc ordine insinuat Dominus ordinarium progressum potestatis solvendi et ligandi, quod scilicet a Petro ad ceteros derivanda est propter unitatem capitis et corporis Ecclesiae, ut ex auctoritatibus S. Thomae allatis ex IV Contra Gentes et IV Sent, ap-  
n. 21 paret **Potestas data** fuit, ut dictum est, ad gubernativam Ecclesiae potestatem pertinens et aequalis modo dicto, et ex hoc ostendit Dominus quod ipse ex gratuita praeventionem dare voluit Apostolis. Ambo igitur simul considerata ostendunt magis quod diximus esse verum.

45 Ad illud Ioannis ult. XX) [23] <sup>1</sup> i quamvis male probetur  
n. 16 quod correctio iurisdictionalis sit commissa omnibus per illud :  
« Quorum remiseritis peccata.., » quoniam haec verba ad cor-

<sup>1</sup> Cf. supra cap. II.



rectionem fori poenitentiae spectant, quia tamen posset probari per illud Matth. XVIII, [18] : « Quaecumque solveritis... » ubi Salvator loquitur de exteriori iurisdictione qua Ecclesiam non audiens fit ethnicus et publicanus, — respondetur quod in veritate Salvator illa verba, etiam quoad sensum : « Pasce oves meas, » soli Petro dixit, ut probatum est.

46 Et quod si invenitur aliquid simile commissum Apostolis, puta pastorale officium, ex eodem fundamento dicatur quod nulli commissae sunt oves Christi indistincte ut comprehendantur omnes, nisi Petro, aliis vero commissae sunt oves determinate, saltem hac determinatione, scilicet aliae ab ipsis Apostolis, saltem Petro. Et propterea alii possunt dici delegati pastores, iuxta illud praefationis 1 : « Quod operis tui vicarios eisdem contulisti praeesse pastores, » quasi diceret : quod gregi tuo *contulisti* Apostolos *praeesse pastores* ut *vicarios operis tui*, i. e. ut missos vice tua ad executionem operis tui. Petrus autem creatus est pastor ovium absolute et universaliter, dicente Christo ipsi soli : « Pasce oves meas. »

47 Unde, ut unico verbo dicatur, plus datum est per haec verba Petro quam per quaecumque alia simul congregata ceteris, quia auctoritas regiminis universalis simpliciter hic clauditur, quamvis totum pastorale officium executive concessam sit omnibus Apostolis.

48 Ad auctoritatem ex II cap. [6.9] ad Gal. \* iam patet quod  
\* n. 17 « nil doctrinae aut potestatis accepit » Paulus a Petro non ex defectu potestatis in Petro, sed ex praeventionem gratuita qua a Domino Iesu habuit potestatem et scientiam, ut ipsemet in I cap. dixerat '. « Dexteras autem societatis » propter unitatem fidei

1 De Apostolis nempe, apud *Miuale Romanum*.

Gal I, 1. « Paulus. Apostolus... per Iesum Christum\*. »

quam docebant : non solum namque socii, sed fratres in unitate fidei sumus, iuxta illud Matth. XXIII, [8] : « Omnes vos fratres estis. » Quomodo vero « in faciem restitit » ut par, iam declaratum est quod de paritate in executione officii defensivi fidei intelligitur.

49 Ad illud vero quod in Actibus Apostolorum [vili, 14] Pe-  
» μ trus et Ioannes missi sunt \* facile patet ex theologis, in I  
Sent. d. 15 1 responsio : quod non oportet mittentem esse ma-  
iorem misso ; et nihilominus in proposito missi dicuntur consi-  
lio et amore, non auctoritate aliorum.

50 Ad auctoritates Anacleti, Cypriani et Hieronymi \* iam  
n. 18 patet quid dicendum ex fundamento iam posito. Unde, vir  
docte, quia non vagando, sed ex eadem radice omnia solvun-  
tur, testimonium habes quod doctrina haec vera est. Vero e-  
nim omnia consonant, et oportet ex quod quid est rei omnes  
difficultates proprias solvere, ut Philosophus dicit in IV Phys. 2.51

51 Ex eadem quoque radice patet de posi-  
n /9 tione aliorum quam recitavimus \* circa modum habendi  
potestatem a Christo immediate. Patet, inquam, de potestate  
ordinis quod nihil refert an Dominus Iesus praevenerit Petrum  
in faciendo omnes Apostolos episcopos, ut Glossa, in cap.  
*Porro*, LXVI, sentire videtur contra textum ‘, aut || eos ordinan-  
dos Petro relinquerit, ut praeallegata sonant. Si enim Petro  
hoc dimisit, ordinarium progressum potestatis ordinis in statu-

a Ed. R. et C.: an.

1 ha e. g. S. THOMAS, in I *Sent.*, d. 15, q. 1, a. i, ad 3 et ad 4.

2 ARISTOTELES, *Phys.*, IV, 4; Bekker, 210 a 8.

3 GRATIANI, scilicet. *Decreti* c. 2, D. LXVI, quod referi ordinationem Iacobi in archiepiscopum Hierosolymitarum a tribus Apostolis factam, ut supra dictum est n. 20. Ad haec *Glossa ordinaria*, col. 453-4, observat : « Ordinatus, id est ad certi loci administrationem electus, vel simpliciter ordinatus. Sed nonne omnes Apostoli erant episcopi ? Videtur quod sic etc... »

to cursu non praevenit, et si ipse ordinavit per seipsum, gratuita praeventionem, non revocationem statuti ordinis, hoc fecit. De potestate vero iurisdictionis, iam dictum est quod gratuita praeventionem per seipsum eam omnibus exsequendam dedit, qui in ordine dandi seu promittendi ordinarium progressum derivationis illius ad alios per Petrum fore statuit, ut allatae auctoritates docent.

52 Ex his omnibus clare liquet quod Petrus solus princeps, caput et pastor est Apostolorum, et quod ei subditi fuerunt Apostoli ut oves pastori, et quod ordinaria via ab ipso potestatem sortiti erant ordinis et iurisdictionis, licet gratuita praeventionem potestatem iurisdictionis executivam aequalem a Domino immediate habuerint; potestatem autem ordinis episcopalem immediate vel mediate omnes etiam a Domino habuerunt aequalem.

53 Et si praedicta perspicaciter intuitus fueris, videbis quod Petrus licet Apostolus et Papa fuerit simpliciter maior ceteris, Linus tamen, Cletus aut Clemens [1] non sic se habebat ad Iohannem Apostolum et Evangelistam, qui vivebat, sed aliquo modo ut par, et excedens, et excessus. Erant enim pares in potestate executiva regiminis Ecclesiae, pro quanto Iohannes poterat ex apostolatu exsequi quidquid poterat Papa. Erat Papa excedens in auctoritate regiminis, sicut de Petru auctoritate dictum est, quia illius erat successor et Iesu Christi vicarius ipse, non Iohannes. Erat et excessus in dignitate Apostolatus, quia Iohannes erat Apostolus, Linus autem aut Clemens non. Et quia Apostolis, non Papae condendi libros sacrae Scripturae concessum est, dicente illis Domino quod Spiritus Sanctus doceret eos omnia et « omnem veritatem | » et

‘ Cf. Ioan. XVI. 13.

Augustinus, *De consensu Evangelistarum* : « Lucas et Marcus scripserunt illo tempore quo ab ipsis in carne manentibus Apostolis probari meruerunt » ideo praevaluisset sententia Iohannis sententiae Clementis Papae in doctrina fidei et morum, sicut modo praevalet evangelium Iohannis sententiae cuiuscumque Papae et totius Ecclesiae.

54 Nec obstat illud Augustini : « Evangelio non crederem, nisi me auctoritas Ecclesiae admoneret », » quia ipse Iohannes et similiter quilibet Apostolus Ecclesia erat, Iesu Christi auctoritate, testante hoc ipso Iohanne, qui de seipso loquens cap. ult. [xxi, 24] dicit in persona Ecclesiae, quam auctoritate Iesu Christi gerebat: « Et scimus quia verum est testimonium eius. » Ex quo namque constat Apostolorum aliquem scripsisse ad doctrinam Ecclesiae, Ecclesiae auctoritatem habet.

Ex his autem patet quod **duarum extremarum**, scii, dicentis quod omnes Apostoli eodem modo sint instituta a Christo vicarii sui, et dicentis quod Christus immediate soli Petro dedit potestatem iurisdictionis, **neutra videtur vera**, quamvis ista secunda non sit reprobenda, sed exponenda. **Media autem via sola vera est** quam declaravimus, scii, quod **solus Petrus habuit vicariatam Iesu Christi et solus immediate potestatem iurisdictionis ordinariae a Christo accepit**, ita quod ab eo alii ordinario iure accepturi erant, et ei sunt subiecti. Hoc enim modo verificatur secunda opinio. Et cum hoc Iesus Christus dominus iuris, praeveniendo delegavit ceteris parem in  
41 exsequendo potestatem, ut dictum est et hoc veritatis habet prima opinio. Sequere ergo medium.

† S. AUGUSTINUS, *De consensu Evangelistarum*, 1, 2; PL, 34, 1043.

\* S. AUGUSTINUS, *Contra epistolam Manichaei*, V, 6; PL, 42, 176.

## Caput V

*In quo ponuntur rationes tenentium quod Ecclesia universalis seu Concilium uniuersale habet potestatem supra Papam simpliciter, ita quod Papa est illi subditus.*

56            Examinata comparatione potestatis Papae ad Apostolos ratione sui apostolatus, comparanda modo est Papae potestas Ecclesiae universalis seu Concilii universalis potestati, nunc quidem absolute, postmodum vero in eventibus et casibus, ut promisimus \* Et quoniam opposita iuxta se posita magis elucescunt, afferam primo rationes primarias in quibus consistit vis, quibus probatur Papam subesse Ecclesiae seu Concilii universalis iudicio. Et ne contingat saepius Ecclesiam et Concilium iungere, pro eodem sumantur, quoniam non nisi sicut repraesentans et repraesentatum distinguuntur.

57            Fundant igitur hi constitutionem dictam : primo in actis Concilii Constantiensis sub Ioanne XXIII, anno Domini 1415, ubi in sessione V, habita die 6 aprilis mensis, sic legitur: « Haec sancta Synodus declarat quod ipsa in Spiritu Sancto legitime congregata, Concilium generale faciens et Ecclesiam Catholicam repraesentans, potestatem a Christo immediate habet: cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis, existat, obedire tenetur in his quae pertinent ad fidem et extirpationem dicti schismatis, et reformationem dictae Ecclesiae in capite et in membris. » Haec ibi \* Et subiungitur

» MSI, XXVII, 590 D.

aliud decretum in haec verba: « Item declarat quod quicumque cuiuscumque conditionis, status, dignitatis, etiam si papalis, qui mandatis, statutis seu ordinationibus, aut praeceptis huius sacrae Synodi et cuiuscumque alterius Concilii generalis legitime congregati, super praemissis, seu ad ea pertinentibus, factis, vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignae poenitentiae subiiciatur, et debite puniatur, etiam ad alia iuris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. » Haec ibi <sup>1</sup>. Ex quibus habentur tria: primo, quod Concilium universale habet auctoritatem a Iesu Christo immediate. Secundo, quod Papa tenetur ei obedire. Tertio, quod ipsa Synodus habet potestatem coactivam supra Papam, dum punitioni eum subiicit.

58

Confirmaturque eadem sententia per Concilium Basileense, celebratum anno Domini 1431 sub Eugenio IV, ubi resumpta sunt haec decreta in sessione II et XVIII. Deinde in condemnatione errorum Ioannis Wicleff in eodem Concilio Constantiensi sessione VIII et postmodum per bullam Martini V, sacro approbante Concilio, firmata ibidem, ubi inter alia sic damnatur articulus iste, scilicet: « Non est de necessitate salutis credere, Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias. — Error, si per Romanam ecclesiam intelligatur universalis Ecclesia, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret primatum Summi Pontificis super alias ecclesias particulares. » Haec ibi <sup>2</sup>. Ex qua condemnatione habetur quod Concilium verisimile est suprema ecclesiarum, et consequenter est superior ecclesia Romana quae est una ecclesiarum. Et confirmatur hanc esse intentionem Patrum: quia faciunt differentiam inter primatum Concilii et Summi Pontificis, quoniam de Concilio dicunt sim-

<sup>1</sup> MSI, XXVII, 590 E.

<sup>2</sup> « MSI, XXIX, 21 D — 22 A; 91 B-E.

<sup>3</sup> MSI, XXVII, 634 A. 1209 A (prop 41); cl. DENZ.-BANNW. 621,

pliciter quod est suprema inter alias ecclesias, de Summo vero Pontifice dicunt quod habet primatum respectu ecclesiarum particularium.

59 Fundant quoque hoc idem in Evangelio et doctoribus, ex eo quod « claves regni coelorum, » officium pastorale et potestas ligandi atque solvendi Ecclesiae datae sunt dupliciter, scii, auctoritative et finaliter. ]

60 Et quod **auctoritative** Ecclesia ipsa haec habeat, testatur in primis Matth. cap. XVIII, [18], ubi, postquam Dominus dixerat : « Dic Ecclesiae, et si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus, » statim subdit : « Arnen dico vobis, quaecumque ligaveritis super terram erunt ligata et in coelo, et quaecumque solveritis super terram erunt soluta et in coelo. » Ubi manifeste Ecclesiae hanc contulit potestatem universalem : ad hoc enim illa verba subdidit Dominus, ut Hieronymus ibidem dicit cum Hilario \ ne privata auctoritate reputaretur non audiens Ecclesiam ethnicus et publicanus, sed divina auctoritate Ecclesiae collata.

61 Testatur deinde Augustinus super Ioanne, ut habetur XXIV, qu. 1, cap. *Quodcumque* ubi concluditur quod Petrus, quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significavit. Et rursus, sermone X super Ioanne, loquens de potestate ligandi et solvendi, dicit : « Hoc Petrus cum omnibus, tamquam personam gerens ipsius unitatis accepit . » Et iterum in sermone Apostolorum Petri et Pauli : « Petrus totius Ecclesiae gestabat personam, et propterea audire meruit : « Tibi dabo claves regni coelorum. » Has enim claves non ipse ut unus homo, sed

<sup>1</sup> Cit. iuxta S. THOMAM, *Catena aurea*, 1, in Matth. Evang. c. 18; Vivèa, XI, col. 215, η. 5.

« c. 6, C. XXVI, q. 2. — S. AUGUST, *in Ioan*, tract. 50, 12; PL, 35, 1763.

<sup>3</sup> S. AUGUSTINUS, *In Ioan*, tract. 118, 4; PL, 35, 1949.

unitas accepit Ecclesiae \* » Et in libro De agone christiano:  
« Non sine causa inter Apostolos Ecclesiae catholicae personam sustinet Petrus. Huic enim Ecclesiae claves datae sunt, cum Petro datae sunt. Et cum ei dicitur, ad omnes dicitur :  
«Amas me?.. Pasce oves meas'. »

62 Et confirmatur hoc ratione : quia non minus iuris habet Ecclesia in clavibus sibi datis a Iesu Christo quam in rebus temporalibus eidem datis a Christifidelibus ; sed dominium rerum temporalium principaliter est in Ecclesia, cum etiam Papa non sit dominus, sed dispensator rerum Ecclesiae, ut S. Thomas dicit in *IIa IIae*, q. 100, a. I, ad 7 ; ergo Ecclesia principaliter habet claves quam Papa. Et confirmatur hoc rursus : quia, cum rectum sit iudex sui et obliqui et Ecclesia universalis adeo sit recta ut errare non possit, ut patet ; Papa autem errare possit etiam in fide, ut patet *XL D.*, cap. *Si 'Papa* consequens est quod Ecclesia excellentius et prius habeat claves quam Papa, immo quod habeat etiam ut iudex Papae.

63 Quod autem finaliter Ecclesiae datae sunt claves, patet ex *2 ad Cor. XIII*, [10]: «Potestatem mihi Dominus dedit in aedificationem, et non destructionem. » Et S. Thomas in tractatu *Contra impugnantes religionem* expresse tenet quod potestas iurisdictionis praelatorum est propter bonum subditorum, et propterea nulla iniuria fit praelato inferiori, puta episcopo, quando eximitur ab eo Abbas propter bonum Ecclesiae. Ex quibus sequitur quod Papa est propter Ecclesiam et non e converso, et consequenter claves Papae datae sunt propter Ecclesiam finaliter.

1 Id. *Sermo* 295. II. 2; PL. 38. 1349.

2 Id. *De agone christiano*, XXX, 2 ; PL, 40, 308.

3 c. 6, D. XL.

4 S. THOMAS, *Contra impugnantes Dei cultum et religionem*, c. 4, ed. Mandouze, IV, 57.



Fundant et tertio idem **super principiis naturaliter per se notis**. Omne, inquiunt, totum est maius sua parte; Ecclesia universalis est totum, et Papa pars: ergo Ecclesiae universalis maior est Papa. Processus bonus, et maior est principium per se notum, minor est Apostoli ad Rom. XII, [5] : « Multi unum corpus sumus... singuli autem alterius membra », et Hieronymi ad propositum in cap. *Legimus*, D. XCIII, « Si auctoritas quaeritur, orbis maior est Urbe \* »

65 Fundant demum hoc idem **super hoc quod Ecclesia constituta est a Domino Iesu Christo iudex Papae in casu peccati**, ut patet Matth. XVIII, [15. 17]: « Si peccaverit in te frater tuus etc., dic Ecclesiae, et si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. » Ex qua auctoritate, licet loquatur in casu peccati, quia incipit: « Si peccaverit.. » et propterea non spectet ad praesens caput in quo comparatur Papa Ecclesiae non in casu, sed absolute, volunt tamen elicere etiam quod Ecclesia sit absolute super Papam, tum quia ordinarius iudex alicuius in puniendo est etiam ordinarius iudex illius absolute, tum quia iudex et lex non differunt nisi sicut animatum et inanimatum, ut patet in V Ethicorum 2. Ad eandem autem legis auctoritatem cuius esi unus actus legis, scii, punire, spectant tres reliqui, scii, imperare, vetare et permittere : ad eiusdem ergo iudicis ordinarii auctoritatem spectabunt omnes iudicis actus ad quem spectat punire, et sic, cum Ecclesia sit iudex ordinarius Papae in puniendo, sequitur quod erit simpliciter iudex eiusdem in imperando, vetando et permettendo. Hi enim quattuor actus sunt legis, ut in Ia Hae, q. 92, a. 2 habes a Divo Thoma.

\* c. 24. D. XCIII (cf. HIERONYMUS, *Epist.* 146 *ad Eüang'lum*, PL, 22, 1194).

1 ARISTOTELES, *Ethica Wcom.*, V, 7 ; Belcker, l 132 a 22.

66 Et confirmatur hoc sacrorum auctoritate canonum XXV, qu. 1, *Contra statuta*, dicit Zosimus Papa : « Contra statuta Patrum concedere aliquid vel mutare nec huius quidem Sedis potest auctoritas \ » Et in cap. *Prima* dicitur : < Prima salus est rectae fidei regulam custodire et a constitutis Patrum nullatenus deviare 1. » Ex quibus habetur et quod Papa non est supra potestatem Concilii et quod ad primam salutem spectant statuta Patrum, non Papae. Multa quoque in eadem Causa 3 et quae dicuntur ad hoc, quae brevitatis causa omittuntur.

1 c. 7. C. XXV, q. i.

2 c. 9. C. XXV. q. 1.

3 Nempe Causa XXV, l. Decreti.

## Caput VI

*Quis sit sensus quo quaestio de comparatione auctoritatis Concilii et Papae vertitur in dubium.*

67 Ad evidentiam huius comparationis praedeclarandi sunt termini, **quid scilicet nomine Ecclesiae seu Concilii universalis intelligatur**, ne in vanum tota disputatio sit.

68 Ecclesia universalis duo significare potest in proposito : aut totum corpus ecclesiasticum constans ex omnibus membris, comprehenso etiam capite, id est Papa ; — aut totum residuum corpus Ecclesiae distinctum contra caput, i. e. Papam. Concilium quoque universale, aut sumitur cum capite, i. e. Papa, vel personaliter vel auctoritate eius auctorizatum, aut sine Papa utroque modo. Et sic tres comparationes examinandae sunt. Prima est inter Papam et Ecclesiam seu Concilium sine capite, i. e. Papa, omnino. Secunda est inter Papam et Ecclesiam seu Concilium cum capite personaliter. Tertia est inter Papam et Ecclesiam seu Concilium auctorizatum a Papa.

69 Et quoniam omnes hae comparationes supponunt **Papam esse caput Ecclesiae universalis**, et non solum **singulorum membrorum**, ut inimici veritatis glossant, hoc primo monstratur.

70 Primo ex auctoritate ipsius Constantiensis Concilii ante et post electionem Martini V, ut patet in sessione XV eiusdem et in bulla Martini V, ubi damnatur propositio illa

loannis Hus : « Petrus nee est nec fuit caput Ecclesiae sanctae catholicae<sup>1</sup>. » Et altera, scilicet: «Non est scintilla apparentiae, quod oportet esse unum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa militante Ecclesia converseatur<sup>2</sup>. » Hic expresse damnatur quod Petrus non fuit caput catholicae Ecclesiae : catholicum enim idem est quod universale. Et similiter damnatur quod non oporteat esse, praeter Christum qui in coelis est, unum caput quod regat Ecclesiam, conversans cum ea, quod est Papa, ut latius ostendit Divus Thomas hanc necessitatem in IV Contra Gentes, c. 76.

71 Hieronymus quoque in lib. De ortu et obitu Sanctorum in Novo testamento : « Petrus, inquit, in Christi Ecclesia firmamentum est, Cephas corporis Christi principatus et caput est<sup>3</sup>. » Si Petrus est caput corporis Christi, ergo totius Ecclesiae collective, iuxta illud Apostoli ad Rom. XII, [5]: « Multi unum corpus sumus in Christo. » XXIV, qu. 1, *Rogamus vos*, Marcellus [1] Papa expresse dicit quod Petrus est caput totius Ecclesiae Et in Concilio Lugdunensi Gregorius X, ut habetur in cap. *Ubi periculum, de elect.*, lib. VI, Papam vicarium Iesu Christi, Petri successorem, rectorem universalis Ecclesiae et directorem gregis Domini vocat<sup>4</sup>. Ritus quoque Romanae ecclesiae habet ut, cum Papa se subscribit in aliqua universalis negotii bulla, dicit sic : « Ego N., catholicae Ecclesiae episcopus... »

72 Et quibus patet quod cavillatio dicens quod Papa est caput membrorum Ecclesiae et non ipsius simul Ecclesiae, er-

1 Prop. 7. Denz.-Bannw., 633.

2 Prop. 27 ; ib., 653.

3 Rectius ISIDORUS HISPALENSIS. *De ortu et obitu Matrum*, LXV1II. 113

PL 83. 149 A.

< c. 15. C. XXIV, q. 1.

\* c. 3, *de electione et electi potestate*. I, 6, in VI<sup>o</sup>.

ronea est. Quo namque pacto debuit aut potuit melius explicari a Sanctis quam per nomina collectiva et apposita quandoque nomina universitatis? Expresserunt Ecclesiam gregem, corpus Christi, explicando totam, universalem, catholicam. Dicant isti quomodo debet dici, et convincantur saltem ex verbis ipsius Constantiensis et Basileensis Concilii, ubi eisdem verbis significatur Ecclesia collective, cum millies ibi replicatur: « Haec sancta Synodus universalem seu catholicam Ecclesiam repraesentans.. »

73 De prima ergo comparatione, scilicet inter Papam et Ecclesiam universalem sine capite, aperte constat quid dicendum sit, scii, quod Papa est super eam, tum quia est corpus enormiter diminutum, quia est truncum absque principali membro, ac per hoc non est universalis Ecclesia, quae perfectum significat; tum quia « Dei perfecta sunt opera », Deut. XXXII, [4], ac per hoc non convenit divinae providentiae in tam imperfecto corpore supremam auctoritatem locare, sed magis ipsum a capite dependere.

74 Et si instetur quod Apostolica Sede vacante invenitur universalis Ecclesia, et tamen sine capite quod est Papa, respondetur quod non invenitur universalis Ecclesia nisi imperfecta, ita quod imperfectio ista est conditio diminuens ly universalis Ecclesia, sicut corpus truncum diminuit a corpore integro; universale enim universitatem claudit in se membrorum officialium, quorum praecipuum est caput. Unde tunc Ecclesia est acephela, et est absque eius suprema parte et potestate. Et qui hoc negat, in errorem Ioan. Hus negantem necessitatem capitis Ecclesiae in terris damnatum et a S. Thoma et a Martino V cum Concilio Constantlensi, ut dictum est\*, incidit. Et si de Ecclesia universali sic sumpta intelligatur quod habet immediate potestatem a Christo, et quod ipsa repraesentatur per universale

• n. 70

Concilium, erratur errore intolerabili, ut patet ex allatis auctoritatibus et inferius magis elucescet.

75 De secunda autem comparatione in altero extremo, scii, inter Papam ex una parte et Ecclesiam totam, id est etiam cum Papa, ex altera parte, dicitur quod Papa cum residuo Ecclesiae non est maioris potestatis iurisdictionis spiritualis quam ipse solus. Quia potestas sua continet in se omnium reliquorum potestates, ut earum causa universalis. Nulla enim est potestas iurisdictionis in Ecclesia quae non sit in Papa, ut patet inductive.

76 Quin etiam potestas electiva ipsius Papae, in Papae potestate est. Quod patet, tum ex facto Petri, qui elegit sibi successorem, ut VIII, qu. 1. cap. *Si Petrus* dicit Ioannes III \ tum ex eo quod Papa ordinat actum electivae potestatis, determinando quando et qualiter debet fieri electio, et, quod prius est, determinando subiectum illius potestatis, dum constituit quod ad duas partes Cardinalium ad minus spectet electio.

77 Probatur et ex cap. *Si Papa*, D. XL, ubi dicitur quod universitas fidelium suam salutem post Dominum ex Papae incolumitate animadvertit propensius pendere “. Et D. XIX, cap. *Ita Dominus*, Leo Papa dicit: « Huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro omnium Apostolorum summo principaliter collocaret, ut ab ipso, quasi a capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet 3. » Ubi manifeste patet, a Papa omne reliquum corpus Ecclesiae velut a capite potestatem sortiri.

1 c. i. c. vili, q. i.

2 c. 6. D. XL.

3 c. 7, D. XIX.

78 Et sic sumendo Ecclesiam universalem, constat quod habet immediate auctoritatem a Iesu Christo: nihil enim mediat inter ipsam et Iesum Christum. Sed ex hoc non habetur quod comparando membra aliqua, puta corpus sine capite, ad Christum, quod habeant immediate potestatem ab ipso, sed sufficit quod totum habeat immediate a Iesu Christo, paries autem inter se ordine quodam; et ita in caput primo, et per caput in corpus reliquum potestatem diffundit Salvator noster, iuxta dicta et dicenda. Unde patet quod tota Ecclesia non habet potestatem supra Papam solum, nec e converso quod Papa cum Ecclesia reliqua non facit maius in potestate, sed plures potestates.

79 De tertia autem comparatione quae est media, et est inter Papam et Concilium auctorizatum a Papa, ex antedictis facile sumitur quid dicendum est, scilicet quod non est maioris auctoritatis quam Papa, a quo solo auctorizari potest, ut patet XVII Dist., per totum <sup>1</sup>, et Extra, *de electione*, cap. *Significasti* <sup>2</sup>, ubi dicitur quod: « Omnia Concilia per Romanae Ecclesiae auctoritatem et facta sunt et robur acceperunt. »

80 His tribus comparationibus secundum veritatem praemissis, quarta superadditur secundum opinionem; et est inter Ecclesiam universalem ut quamdam communitatem, sive Papam, prima pars eius, non caput auctoritatis in ea, velit in eam convenire sive non, ex una parte, et Papam ex altera parte.

θ' Et quia comparatio inter diversa est et eiusdem ad seipsum subiectio non est, sicut nec iustitia proprie loquendo, cum di-

<sup>1</sup> Apud *Decretum* GRATIANI I p.

<sup>2</sup> C. 4, X, *de electione*. I, 6.

cunt hi quod Ecclesia universalis est supra Papam, alterum duorum intendunt. Aut enim intendunt per Ecclesiam universalem congregationem fidelium velut quamdam communitatem, sive Papa, pars prima illius, velit interesse, sive non; — aut intendunt ipsam fidelium congregationem auctoritate capituli, scilicet Summi Pontificis factam, ita quod ipsum congregari solum dependeat a Papa in Ecclesia universali, in Concilio vero duo debeant a Papa, scilicet congregari et representare universalem Ecclesiam, ita quod in his intendunt quod, seclusa auctoritate Papae ex quo congregata est Ecclesia vel Concilium, sit comparatio potestatis Ecclesiae vel Concilii ex una parte, et Papae ex altera. Totus ergo futurus sermo de Ecclesia seu Concilio ut distinguitur contra Papam, erit de **Ecclesia et Concilio seclusa Papae auctoritate post congregationem legitime factam.**

82 Et contra hos dicentes Ecclesiam habere auctoritatem supra Papam, ratio est: quia positio ista pervertit ordinem regiminis Ecclesiae. Oportet namque secundum istos regimen Ecclesiae esse democraticum seu populare, in quo tota auctoritatis apud nullum residet, sed in tota communitate, sicut in capitulo accidit, ut S. Thomas in IV Sent., D. 19, q. I, a. 1, q. 3, ad 3 dicit. Et hoc ipsi volunt, dum Ecclesiam velut communitatem liberam potestatem supra Papam quasi regem habere [dicunt]<sup>3</sup>, ut senatus populusque Romanus habebat super Imperatorem. Et quod hoc ipsi non reputant inconveniens quantum ad rem, licet vocabula horrere videantur, ideo circa rem insistendo monstrandum est quod non communitati Ecclesiae, sed uni soli in illa Christus plenitudinem potestatis ecclesiasticae dedit.

\* om. ed. R et C.



## Caput VII

*Quod Papa est super potestatem Ecclesiae uniuersalis et Concilii generalis, ut distinguitur contra Papam.*

83            **Principium huius veritatis ex Domini nostri Iesu Christi auctoritate sumitur, ubi Ioan. ult. XXI, [17] soli Petro, ut distincto ab aliis, dicit : « Pasce oves meas »,**  
• n. 9.        ut deductum in primo cap. fuit \* in hoc instituens regimen Ecclesiae monarchicum.

84            Et si ridiculosa illa responsio detur quod Christus dixit Petro: « Pasce oves meas », non Ecclesiam meam, quasi fecerit eum pastorem singularum ovium, non ipsius Ecclesiae, quae significat totum consurgens ex omnibus ovibus, manifeste excluditur hoc ex eo quod in oratione dicitur : « Deus, omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti... † » Et in Concilio Lugdunensi, *de electione*, lib. VI, *Ubi periculum*, Papa « rector universalis Ecclesiae » et « gregis dominici director » dicitur ‡, ubi patet quod respectu Ecclesiae et gregis, quae collectiones significant, et non solum respectu particularium, pastor, rector et director est Papa. Et quia haec est ultima fuga harum vulpecularum vineam Domini demolientium idcirco in omnibus afferendis vigilandum est ut de ipsa collectione seu communitate concludamus, non praelatam, sed subditam esse Papae.

† Apud *Missale romanum*. Oratio pro Domino Papa.

‡ c. 3. *de electione et electi potestate*, l, 6, in VIe.

§ Cf. Jer. 12, 10.

Amplius : Ioan. X, [16] Salvator inquit : « Alias oves habeo etc. », et subdit : «**Et fiet unum ovile et unus pastor.**» Certum est quod ovile non significat oves, sed unum continens oves ; et ex glossa interlinear! in principio illius cap [X, I], ubi dicitur : « Qui non intrat per ostium in ovile », exponente : *in ooile*, id est in catholicam Ecclesiam <sup>1</sup>, habetur quod per unum ovile intelligitur Ecclesia una ex Iudaeis et Gentibus. Ex hac auctoritate arguitur sic : Ecclesia ut una ex Iudaeis et Gentilibus, est ovile, et Petrus, cui dictum est : « Pasce oves meas », est pastor unus istius ovilis ; ergo Ecclesia ut una non est super Papam, sed sub eo ut ovile sub pastore.

86 Et confirmatur hoc : quia Ecclesia seu Concilium distinctum contra Papam, aut est oves, aut pastor. Non oves, quia ex utrisque ovibus ovile unum constituendum dicit Dominus. Non pastor, quia, cum Petrus sit unus pastor Ecclesiae, ut monstratum est, si Ecclesia esset alius pastor, essent duo pastores, contra Dominum dicentem : «**Fiet... unus pastore**rgo ovile, et cum non sit ovile nullius pastoris, est ovile unum unius pastoris, qui est dominici gregis rector et director, Papa scilicet.

Et confirmatur quod de Papa specialiter loquatur: quia verbo futuri temporis utitur significante futurum fieri : « Fiet, inquit, ovile unum », utrisque convenientibus, « et unus pastor. » Et quoniam quod est non fit nec fiet, ipse Dominus, qui de seipso praemisit pluries ibidem : « Ego sum pastor bonus **¶** », non est postmodum factus pastor unus, sed dum soli Petro postmodum dictum est : « Pasce oves meas », non has vel illas,

<sup>1</sup> *Glossa inkrincaris* in Ioan. X, 1. Apud NICOLAUM LURANUM V, 1183.

<sup>2</sup> Ioan. X, 16.

<sup>3</sup> Ib. V. 11, 14.

impletum est : « Fiet unus pastor », loco illius summi pastoris, qui solus est pastor bonus per essentiam.

88           Amplius: Non minus est Papa episcopus Ecclesiae catholicae quam quilibet episcopus suae ecclesiae. Sed quilibet episcopus est episcopus singularum personarum et totius collectionis earum in unam communitatem. Ergo et Papa est episcopus singularum et universorum christianorum in unam catholicam Ecclesiam collectorum. Et confirmatur hoc : quia, cum Ecclesia sit nomen collectivum et significet collectionem fidelium, ut dicitur *de cons.*, Dist. I, cap. *Ecclesia* <sup>1</sup>, et episcopus dicatur episcopus ecclesiae talis, oportet ut primo sit episcopus ipsius ecclesiae et secundo singularum personarum. Ac per hoc Papa qui intitulatur : « episcopus Ecclesiae catholicae », et non illorum aut omnium christianorum, primo est episcopus ipsius Ecclesiae catholicae, et secundo membrorum eius. Et vere sic est, quia primo debet superintendere bono proprio ipsius unius Ecclesiae catholicae, et deinde bonis propriis membrorum omnium.

89           Et si studiose quaeratur quo pacto Papa potest dici episcopus et caput Ecclesiae catholicae, cum Ecclesia catholica includat ipsum Papam, patet responsio dupliciter. Primo, quia huc est distributio accommodata, sicut cum dicitur : coelum continet omnia corpora, non quod contineat seipsum, sed quia continet omnia possibilia contineri ; pariformiter enim dicitur quod Papa est caput et episcopus Ecclesiae catholicae, non quod sit caput, episcopus, rector etc. suiipsius, sed quia est caput omnis possibilis habere caput, rectorem et episcopum. Secundo dicitur quod, quia secundum Hilarium sermo rei, et non res sermoni, debet esse subiecta, ea ratione Papa dicitur

<sup>1</sup> c. 8. D. 1. *de cons.*

caput et episcopus Ecclesiae catholicae, quia in Ecclesia catholica ipse capitis et episcopi locum tenet.

90        **Amplius: Papa habet supremam potestatem in Ecclesia Dei: ergo Papa non subest Ecclesiae.**

1,70 Antecedens patet ex condemnatione iam dicta \* in Concilio Constantiensi per Martinum V, ubi de Papa loquendo dicitur habens supremam potestatem in Ecclesia Dei <sup>1</sup>. Consequentia probatur: quia supra supremam potestatem in Ecclesia Dei non potest maior intelligi in eadem Ecclesia Dei, etiamsi fingendi detur licentia. Immo ex hoc etiam sequitur quod tam Ecclesia quam Concilium Papae subditur, quia non sunt duae supremae potestates in Ecclesia Dei: principatum enim pluralitas, malum cum sit, ut patet XII Metaph. a Iesu Christo summo bono, qui vult Ecclesiam suam optime disponi, esse non potest.

91        Et confirmatur hoc auctoritate Innocentii III in Concilio generali Extravag., *de poe. et re.*, cap. *Cum ex eo*, ubi dicitur quod Romanus Pontifex plenitudinem detinet potestatis <sup>2</sup>, et in cap. *Proposuit, de concessione praebendarum*, idem dicit: « Nos secundum plenitudinem potestatis de iure possumus supra ius dispensare <sup>3</sup>. » Et Extravag., *de elect.*, in cap. *Significasti*, Paschalis [II] dicit: « Aiunt in Conciliis statutum non inveniri quasi Romanae ecclesiae legem Concilia ulla praefixerint, cum omnia Concilia per Romanae ecclesiae auctoritatem et facta sint et robur acceperint <sup>4</sup>. » Quae omnia pro plenitudine potestatis Papae super Concilia, et consequenter universalem Ecclesiam, allata sunt.

1 DENZ.-BANNW., 674.

2 Vel poliu» 1. XI. c. 10; Belcker, 1076 a 4.

3 c. 14, X, de poenitentis et remissionibus, V, 38.

4 c. 4, X, de concessionibus praebendarum, III, 8

5 c. 4, X, de electione, I. 6.

- 92 Et confirmatur auctoritate S. Thomae in tractatu Contra impugnantes religionem, ubi dicit haec verba: « Sancti Patres in Conciliis congregati nihil statuere possunt nisi auctoritate Romani Pontificis interveniente, sine qua etiam nec Concilium congregari potest \ » Haec ille.
- 93 Amplius : **Papa est proximus et immediatus vicarius Christi et Apostolorum: ergo nullam habet in terris potestatem priorem se.** Antecedens patet in saepe dicta condemnatione articulorum a Martino V in Concilio Constantiensi, ubi unus ex reprobatis articulus est iste : « Ecclesia Romana est synagoga Satanae, nec Papa est proximus et immediatus vicarius Christi et Apostolorum “ ». Consequentia patet, quia primo et immediato nihil propinquius et immediatus.
- 94 Et ex hoc patet primo, quod erroneum est dicere quod Ecclesia, ut distinguitur contra Papam, habet immediate auctoritatem a Christo supra Papam: sic enim non Papa, sed Ecclesia esset proxime et immediate Christi vicaria. Impossibile est enim esse duo subordinata ambo aequae proxima et immediata Christo, ut patet istos fingere.
- 95 Et confirmatur auctoritate S. Thomae dicentis in tractatu Contra errores Graecorum, cap. 66 : « Christi vicarius suo primatu et providentia universalem Ecclesiam, tamquam fidelis minister, Christo subiectam servat », et oppositum sentire dicit esse errorem †.

1 S. THOMAS. *Contra impugnantes Tki cultum et religionem*, c. 4; ed. Mandonnet. IV, 56.

3 Art. 37; DENZ-BANNW.. 617.

3 Vide S. THOMAE Opu»c. omnia, ed. Mandonnet, IU, 322.

96 Postremo revideatur, quaeso, definitio facta in Con-  
cilio Florentino, quod, quia ex orientali et occidentali simul  
Ecclesia conflatum est, ceteris occidentalibus tantum antefertur. Et  
13 ibi, ut in primo cap. verba adduximus,\* non solum dicitur  
quod Papa est omnium Christianorum pastor et doctor, sed  
quod est etiam universalis Ecclesiae pastor, gubernator et rec-  
tor, cum plena potestate a Domino Iesu Christo institutus in  
beato Petro. Dicant isti quomodo potuerit clarius exprimi, quod  
non solum omnium membrorum, sed ipsius universalis Ecclesiae  
pastor, rector et gubernator est, et quod non mediante Eccle-  
sia, sed in Petro, cuius est successor, plenam potestatem pas-  
cendi, regendi, gubernandi universalem Ecclesiam a Domino  
Iesu Christo accepit. Et videant si tantum luminis eis conces-  
sum fuerit, quod haereticorum more Scripturas et Sanctorum  
dicta oportet eos extorquere, ut eorum protervus error defen-  
datur. Forte nulla Scriptura tam clara in fide habetur quam  
non possit extorta expositio ad suum trahere propositum, sed  
veritas tunc invenitur, cum planus Scripturae sensus iuxta Sanc-  
torum consensum quaeritur.

## Caput VIII

*In quo respondetur obiectionibus sumptis ex auctoritate  
Concilii Constantiensis et Basileensis.*

97            Ut ordinate autem obiectis distincte satisfiat,\* inchoan-  
π 57        dum est a decretis Constantiensis \ Ad quae duae  
              responsiones dantur. I

98            Prima negans illa esse authentica auctoritate  
              veri Concilii facta, quoniam facta sunt tempore schisma-  
              tis, quo erant tres Papae in Ecclesia Dei, ab una sola obe-  
              dientia, scilicet Ioannis XXIII, absente etiam illo suo Papa. Quod  
              constat ex eo quod illa promulgata sunt anno Domini 1415  
              die 6 aprilis in sessione V, et obedientia Gregorii XII coniunc-  
              ta est illi die 4 mensis iulii eiusdem anni in sessione XIV, et  
              obedientia Benedicti XIII iungi coepit anno Domini 1416 die  
              13 octobris in sessione XXII“. Unde dicere quod illa obedi-  
              entia constitueret Concilium generale catholicam Ecclesiam reprae-  
              sentans nihil aliud est quam renovare antiquum schisma et dam-  
              nare ut schismaticas duas obedientias, et quod semper fuit et  
              est dubium, facere certum.

99            Et si dicatur quod Martinus V approbavit illa decreta  
              et illam Synodum: decreta quidem in sessione ultima<sup>1</sup>, ubi  
              legitur quod dixit: « Omnia et singula determinata, conclusa

<sup>1</sup> Sessionis V scilicet, ubi de superioritate Concilii supra Papam agitur.

<sup>2</sup> Cf. DIC, art. *Constance (Concile de)*, 111, P. 1, col. 1206-1211.

<sup>3</sup> Nempe XLV (22 aprilis 1418).

et decreta in materiis fidei per praesens Concilium conciiialiter, tenere et inviolabiliter observare volebat, et numquam contraire quoquomodo, ipsaque sic conciiialiter facta approbat et ratificat, et non aliter nec alio modo. » Haec ille . Constat autem quod Concilium esse supra Papam, vel Papam supra illud, materia fidei est : ergo decreta illa in sessione V facta super supenoritatem Concilii supra Papam sunt approbata.

100

Synodum vero, in bulla condemnationis articulorum loannis Wicleff, sacro approbante Concilio, ubi interrogatoria ponens dicit: « Utrum credat, quod condemnationes loannis Wicleff, loannis Hus et Hieronymi de Praga factae de personis eorum, libris et documentis per sacrum generale Constantiense Concilium, sint rite et iuste factae, et a quolibet catholico pro talibus tenendae et asserendae ? » Haec ibi Et cum constet quod contra loannem Wicleff in sessione VIII, contra loannem Hus in sessione XV et contra Hieronymum de Praga in sessione XXI sententia lata fuerit, consequens est quod tunc, ante unionem obedientiarum omnium, Concilium generale fuerit, si Martinus in tali bulla verum dicit :

101

Respondendum est quod **tractari aliquid in materia fidei contingit** dupliciter, scii, **m a t e r i a l i t e r** et **f o r m a l i t e r** 3. Tunc tractatur formaliter materia fidei, quando tractatur ut credenda vel damnanda a fide ; tunc autem tractatur materia fidei materialiter, quando tractatur res quidem pertinens ad fidem, sed non ut credenda vel non credenda, sed quacumque alia ratione : extra formale enim infinita contingit esse. Et quia nisi sermo intelligatur formaliter, perit certitudo,

» MSI, XXVII, 1199.

2 Interrog. n. 7 ; DENZ.-BANNW., 659.

3 De valore decretorum Conslantiensis Concilii, vide DTC, art. supra cil., coi. 1200 et sq.



ideo verba Martini in illa ultima sessione iormaliter sunt intelligenda.

102 in Concilio siquidem illo fuerat in materia fidei tractatum et decisum formaliter, ut patet in sessionibus allegatis contra illos tres supradictos, et etiam in sessione XIX, et fuerant multa alia tractata, sed non ut materia fidei, inter quae sunt illa sessionis IV et V. In cuius signum nulli fuerunt deputati ibi ad videndum de fide: quin potius deputatio in materia fidei coepit post haec in sessione VI, ut patet ibi. Nulla etiam fit ibi mentio de credendo vel non credendo. Martinus autem V approbavit decreta in materia fidei formaliter tantum, et non illa alia. Et hoc evidenter etiam patet: quia illa verba dixit respondens requisitioni oratorum regis Poloniae <sup>1</sup>2 exigentium quod acta per Concilium contra illos praenominatos haereticos firma essent, ut patet in sessione ultima, et propterea bulla illa condemnationis subsecuta est '.

103 Ad instantiam vero de approbatione Synodi dicitur  
n' 100 quod per illud et alia interrogatoria ibidem de Concilio Constantiensi posita, totum a nobiliori parte Martinus nominavit. Congregatio siquidem Constantiensis, quae inchoavit in sola obedientia sub Ioanne XXIII, et iterum post in coniuncta obedientia sub Gregorio XII, et in coniunctione obedientiae Benedicti XIII consummata est, et post Martinum electum auctorizata facto praesidentiae personalis in Concilium universale, ab hoc nobiliori et certiori statu tota Concilium universale vocatur, et nuncupative in quolibet statu Concilium universale appellatur, nominibus utendo ut plures.

1 Scii. Ladislai.

2 Ci. DTC, art. cit.> coi. 1222, ct HEFELE, *Histoire des Conciles*, t. VII, p. I, p. 567.

104 Fundatur autem haec declaratio super eo quod non est rationi consentaneum, Martinum voluisse declarare alias obedientias fuisse extra Ecclesiam, sed verba proferre honoris, nominibus utendo ut plures utuntur, absque veritatis tamen offensa. Unde in illa bulla bis oppositum declaravit, scii, in articulo: « Papa habet supremam auctoritatem in Ecclesia Dei », et in illo: « Petrus fuit caput Ecclesiae catholicae | », et ut insinuaretur quod Concilium ab ultima parte appellabat, in praecedenti interrogatorio, praeterito adiunxit praesens, dicens: « quod Concilium approbavit et approbat, condemnavit et condemnat " », quasi praeteritum non suffecerit. Et quia ex isto prioris interrogatorio habitum erat quod Concilium Constantiense in praesenti sub Martino V condemnat illos tres, non oportuit in ultimo interrogatorio praeterito iungere praesens: iam enim praeteritum supponebat pro concilio sub Martino quia iam damnaverat, et sic etiam verba salvantur verbaliter. Haec est prima responsio ad principale motivum.

105 Secunda autem est: dato quod decreta illa valeant, intelligenda sunt cum grano salis. Quomodo autem, dicendum est per singula.

106 In primis, cum dicitur quod Concilium potestatem a Christo immediate habet potest dupliciter intelligi. Primo, de n-58 Concilio ut distinguitur contra Papam, et sic falsum est, ut patet per inductas auctoritates Extravag., *de elect.*, cap. *Significasti*, ubi dicitur quod robur habent omnia Concilia a Romanae Sedis auctoritate. Et D. XIX, *Ita Dominus*, ubi Leo [1] dicit quod a Petro quasi a quodam capite in corpus

› Cf. DENZ.-Ba NNW.. 674, 633.

2 Interrog. n. 6; DENZ-BANNW.. 658.

3 c. 4, X, *de electione*, l. 6.

omne auctoritas manat \* Et S. Thomas in tractatu Contra impugnantes religionem dicentis quod : « Sancti Patres in Conciliis congregati nil possunt statuere sine Romani Pontificis auctoritate interveniente, sine qua nec congregari Concilium potest. » Haec ille 2. Et nota quod dicit : « sancti Patres », quia Patribus non sanctis, sed praesumptuosis nulla lex posita est, sed praesumptio eorum sibi ipsis est lex.

107       Secundo, potest intelligi **de Concilio incluso Papa**. Et in hoc sensu est verum quod habet immediate auctoritatem a Iesu Christo. Et quod sic interpretandum sit, ex duobus verbis illius decreti colligitur. Primum est « legitime congregata » : constat enim quod legitima congregatio Concilii generalis ad Papam spectat, ut ex nunc allatis textibus patet, et D. XVII per totum 1. Secundum est : « Ecclesiam catholicam repraesentans »: corpus namque ecclesiasticum universum quod Ecclesia catholica, id est universalis significat, non est ipsum universum corpus ecclesiasticum, si sine capite sit vel intelligatur, Papam autem ex dictis constat caput esse totius Ecclesiae catholicae, ac per hoc Concilii ipsam repraesentantis.

108       Et si mundi cordis oculo perspiciatur, apparebit quod **Concilium habet quod repraesentet universalem Ecclesiam a Papa**, qui habet plenissimam curam universalis Ecclesiae. Quis enim cardinalibus, episcopis, abbatibus et praelatis paucis, ut communiter accidere videtur, contulit vota totius populi christiani, nisi Papa ? Oportet enim aut ipsos Christianos hoc fecisse, aut aliquem supplere potentem eorum vota. Et cum ipsos non transferre vota sua in eos, experientia tes-

1 c. 4, X, de electione, l, 6.

2 c. 7, D. XIX, ut supra n. 10.

3 S. THOMAS, *Contra impugnantes Dei cultum et religionem*, c. 4 ; ed. Mandonnet, IV, 56.

< *Decretum* GRATIANI P. I.

tetur, quin potius, si requirerentur christiani, infiniti invenirentur qui refuterent transferre vota sua in alios et per seipsos interesse malent, aut Concilium non celebrandum dicerent, relinquitur ergo quod Papa, qui solus est pater, pastor, doctor, rector et gubernator omnium et singulorum christianorum | cum plenitudine potestatis, vota totius Ecclesiae transfert in Concilium congregando et roborando, ut ei videtur. Propter quod sine Papa Patres sancti congregati nihil possunt, et dissolvi potest Concilium a Papa, auferendo ab eis quod amplius universalem Ecclesiam non repraesentent auctoritative.

109 Nec est verum, si dicatur quod Ecclesia ratum habet Concilium, non reclamando. Ideo enim non reclamatur quia in vero Concilio Papa supplet, in falso autem, quia contra praesumptuos praevalere non sperant docti, ignorantes autem nescii silent. Hoc autem non est approbari ab Ecclesia, sed non molestari ab illa.

110 Deinde cum dicitur, quod ipsi Concilio seu eius decretis etiam Papa «obedire tenetur\*», multis distinctionibus iuxta multos terminos opus est.

111 Distinguendum est enim de Papa dubio vel certo. Sicut enim quod nescitur consecratum, pro non consecrato habetur et reconsecratur secundum sacros canones, ut patet Extravag., *de presbytero non baptizato*, cap. *Veniens*<sup>1</sup> et *de cons.*, Dist. I, cap. *Solemnitates*<sup>2</sup>; sic qui nescitur legitime electus Papa, tamquam non Papa obedire tenetur, et hoc directe pertinet ad illa decreta ratione schismatis, quando erant tres Papae et nullus indubitatus ex sua electione.

<sup>1</sup> Comp. verba Concilii Florentini, supra n. 13 citata.

<sup>2</sup> c. 3, X, *de presbytero non baptizato*, HI, 43.

<sup>3</sup> c. 17, D. I, *de cons.*

- 112 De Papa autem certo et indubitato, distinguendum est. Quia vel est sermo de his quae a Concilio et decretis eius statuuntur de iure divino, ut ea quae sunt fidei, vel naturalis iuris, ut ea quae sunt virtutum et virtutum moralium, et sic Papa tenetur obedire, nec potest contra ea dispensare. Et sic interpretanda sunt decreta illa. Unde in tribus dicit debitum obedire, scii, in his quae sunt fidei, reformationis et amotionis schismatis : haec enim, cum spectantibus ad ea, aut ad ius divinum aut ad ius naturale spectant.
- 113 Vel est sermo de his quae sunt pure iuris positivi, et sic distinguendum est de obedientia, scilicet quoad iudicium divinum vel humanum, et dicendum : licet princeps sit solutus legibus nec Concilia legem ullam coactivam in iudicio humano praefixerint Romanae Sedi, in iudicio tamen divino tenetur Papa obedire, ut S. Thomas expresse habet in Ia Ilae, q. 96, a. 5, ad 3, et in cap. *Confidimus*, XXV, q. 1, Gelasius Papa dicit : « Universalis Ecclesiae constitutum nullam magis exsequi Sedem prae ceteris oportere quam primam »
- ’14 Demum cum subditur de punitione contumaciter contem-  
n-57 nentium potest dupliciter intelligi. Primo **indifferenter**, ut quilibet etiam indubitatus Papa in quocumque peccato contra ius divinum aut naturale contumax, punitioni humanae subiiciatur. Et hic sensus est contra sacros canones, ut patet in cap. *Si Papa*, D. XL et D. LXXIX, cap. *Electionem* 3 et in cap. *Aliorum*, XI, q. 3 ‘; nec est acceptandum quod id quod infinito temporis spatio a tot est Patribus approbatum, unico verbo destruere voluerint conditores canonum.

> c. I, C. XXV. q. I.

’ c. 6, D. XL.

a c. II. D. LXXIX.

<c. II. C. IX. q. 3.

115       Secundo potest intelligi discrete **secundum proportio-**  
nem **materiae et personae**. Et sic, cum praelati communiter  
non sint publice puniendi, exemplo Dei qui non punivit publice Aa-  
ron de idolatria, ut S. Thomas dicit in IV Sent., D. 46, q. 2,  
a. 2, qa. 2, ad 5; et Papa non sit puniendus facto, sed verbis  
reprehendus publice, ut ex S. Thoma colligitur in VI Sent.  
D. 19, q. 2, a. 2, qa. 2, ad 2 et in Ha Hae, q. 33, a. 4<sup>1</sup>,  
in casu quo publice in periculum Ecclesiae peccat, ut Petrus  
reprehensus fuit a Paulo ad Gal. II, [1 1], et in casu quo potest de-  
poni, etiam facto depositionis puniri possit: consequens est quod  
sic discrete et proportionaliter intelligantur verba illius decreti.

116       Ex his omnibus clare patet quod nec ex illis decretis  
**habetur superioritas Concilii aut Ecclesiae su-**  
**per Papam**. Unde non oportet aliter respondere ad eandem ex  
" Concilio Basileensi in sessione II et XVII \* De quo tamen scien-  
dum est quod, licet ab Eugenio IV fuerit approbatum quoad in-  
choationem et prosecutionem, et multa pro illo Concilio in  
bullis suis dixerit, numquam tamen illius approbavit decreta, quin  
potius in Concilio Florentino statim definivit Romanum Pon-  
tificem esse caput, pastorem, doctorem et rectorem universalis  
'13 Ecclesiae, ut superius attulimus \*

Refert quoque dominus Ioannes de Turrecremata, qui fuit  
praesens utrique Concilio, in Lib. II " De Ecclesia, cap. 100<sup>2</sup>,  
multos defectus qui in Concilio Basileensi in conflatione  
illorum decretorum intervenerunt, scilicet: quod non fuerunt una-  
nimiter conclusa, nec cum consensu praesidentium legatorum

. Ed. R. e» C.: III.

<sup>1</sup> ad 2um.

<sup>2</sup> Apud ROCABERTI, *Bibi, maxima Pontificia*. XIII. 429.

domini Papae, qui talibus interesse recusarunt, nec expectatis oratoribus Angliae et Castellae, quos in via noverant constitutos, nec auditi sunt viri multi sapientes, videntes haec esse contra doctrinam Sanctorum... Sed promulgata sunt ad furorem hostium Apostolicae Sedis cum multitudine populi nullius auctoritatis. Unde ex neutro Concilio admittuntur ut valida.

118        Nos tamen ex abundanti iustitia illa glossavimus, et, si glossas contra intentionem auctorum dixerit aliquis, ex aliis, actis eorundem Conciliorum hoc convincens, respondebo: primo quod ego homo sum et video quae foris sunt quoad ipsa decretorum verba, « Deus autem intuetur cor \ » Quoad alia vero acta eorundem Conciliorum attestantium aliam fuisse auctorum intentionem, dicam de Constantiensi quod, sicut erravit usurpans in una sola obedientia universalem Ecclesiam, ita erravit consequenter in procedentibus ex ea, quoniam tunc illa decreta fecit. De Basileensi vero notorium est quod erravit, cum contra unum verum et indubitatum Pontificem Eugenium IV processit usque ad depositionem inclusive, qui tamen cum successoribus suis verus Papa est. Dicam secundo quod, si honorem veritatis recusant, falsa, erronea ac igni obnoxia sunt.

## Caput IX

*In quo solvuntur reliquae obiectiones contra idem factae.*

119 Expeditis auctoritatibus Conciliorum Constantiensis et Basi-  
leensis, quae nullius auctoritatis censentur, solvendae consequen-  
ter sunt obiectiones quae ex vera ac certa auctoritate proce-  
58 iq. dunt, iuxta ordinem quo inductae sunt \*

120 Ad declarationem igitur Martini V in condemnatione ar-  
'n.58 ticularum :, scilicet quod error est non credere: « Romanam  
ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias, si per Ro-  
manam ecclesiam intelligitur Ecclesia universalis vel Conci-  
lium universale, aut pro quanto negat primatum Summi Pon-  
tificis super particulares ecclesias », respondetur quod, quia  
comparatio est inter diversa, et haec tria, scii. Ecclesia uni-  
versalis, Concilium universale et ecclesia Romana singula sunt  
quaedam corpora mystica integra, constantia ex capite et mem-  
bris reliquis, et in capite non solum conveniunt, sed identifi-  
cantur — Papa siquidem caput proprium universalis Ecclesiae  
et Concilii et Romanae ecclesiae est; — in membris autem  
reliquis distinguuntur, vel sicut repraesentans et repraesentatum,  
ut membra reliqua Romanae ecclesiae partes sunt membrorum  
reliquorum Concilii et Ecclesiae universalis, ut patet, idcirco  
cum fit comparatio inter Ecclesiam seu Concilium universale et  
ecclesiam Romanam, non fit comparatio secundum  
caput, sed secundum reliqua utriusque membra,  
secundum quae recte dicitur quod tam Ecclesia quam Synodus



universalis est superior Ecclesia Romana, ut ex illo articulo deducitur. Unde admissio illius comparative nihil concludit contra Papae auctoritatem.

121 Posset mihiominus dici quod, quia esse supremam inter ecclesias, convenit Ecclesiae ratione capitis, et ecclesia Romana ratione capitis est de essentia Concilii et Ecclesiae universalis, et nulla comparatio, etiam cum dictione exclusiva, excludit intrinseca, idcirco non est admittenda comparatio Concilii ad ecclesiam Romanam quoad hoc quod est esse supremam inter ecclesias, sicut nec quoad caput, quia sicut idem est caput, ita eadem est superioritas, et negaretur illa illatio: ergo Concilium est suprema inter alias ecclesias, etiam Romanam.

122 Et ad probationem: quia Romana ecclesia est « una ecclesiarum »\*, respondetur quod pius requiritur ad comparisonem istam: oportet enim quod sit una et distincta capite proprio ab Ecclesia quae est Concilium: quod hic non est.

123 Ex calce vero illius articuli \* scii, quod primatus Papae est super ecclesias particulares, — cum sit sermo affirmativus de primatu super particulares et non negativus de primatu super universalem Ecclesiam, nihil habetur in oppositum. Quod enim non fuit expressum ibi, est expressum alibi ut adductum est.

124 Ad obiectionem sumptam ex evangelio Matth. XXVIII, • n. 60 [18]: «Quaecumque solveritis etc. » \* dicitur quod ad litteram haec tria tantum in proposito habentur.

125 Primum est, quod a Christo immediate Apostolis data est potestas ligandi et solvendi, quod superius concessimus \* conformiter ad cap. *In novo*, d. XXI \

\* »· 27

1 c. 2 D. XXI; cf. lupra n. Iβ, 20.

126        Secundum est, quod **potestas data est universalis** iuxta illa verba: « **Quaecumque solveritis..** » Sed tamen non est adeo universalis ut verba sonant, sed ly **quaecumque** distribuit pro subiectis, ita quod sensus est: **Quaecumque vobis subiecta solveritis vel ligaveritis etc...** Alioquin oportet dicere quod omnino occulta potuissent solvere vel ligare, contra illud Apostoli I ad Cor. IV, [5]: « **Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui illuminabit abscondita etc.** ». Et quia Petrus non erat eis subiectus, sed praelatus, cum factus fuit pastor Ecclesiae, ideo sub illa distributiva non concludebatur Papa, utpote non subiectus.

127        Tertium autem est, quod ex illo contextu insinuat quod **Ecclesia quaelibet habitura esset potestatem ita ligandi et solvendi**, ut soluta et ligata ab ea essent soluta et ligata in coelo, et hoc **in sibi subiectis**. Unde, sicut ridiculum est ex hoc quod ecclesia Bononiensis habet hanc auctoritatem, inferre: ergo potest ligare aut solvere non subiecta, ita ex hoc quod Ecclesia universalis habet hanc auctoritatem, non potest inferri nisi quod potest in subiecta. Quamvis enim multa plura sint subiecta universali Ecclesiae quam Bononiensi, nihilominus in hoc formali conveniunt, quod nulla Ecclesia potest nisi in sibi subiecta. Ex hoc autem non habetur quod Papa est ei subiectus, nec etiam habetur, ut superius dictum est \* quod habeat a Christo immediate potestatem, quia modus habendi, scii, immediate a Christo, ex speciali gratia ad personas suas fuit \*. Quod autem alicui gratiose conceditur, non debet ab aliis trahi in exemplum. A Christo enim habent omnes Ecclesiae hanc potestatem, sed non immediate.

128        Ad auctoritates Augustini dicentes, quod Petrus in persona Ecclesiae et unitatis etc. claves accepit \* dicendum est

quod per haec omnia intelligendum est hoc, scil. quod non soli personae Petri, sed officio suo perpetuo duraturo haec collata sunt. Et quia officium Petri est officium capitis quod habet influere in corpus reliquum, ideo officio capitali data, toti corpori data dicuntur et sunt. Non potest siquidem exers corpus remanere, si caput officium suum facit: unde et Leo [I] Papa in D. XIX, cap. *Ita Dominus*, ipsi Domino attribuit quod a Petro in corpus omne potestas derivaretur .

129 Quia ergo unitas officii communicativi toti Ecclesiae claves accepit in persona Petri, ideo dicitur quod Petrus personam Ecclesiae gerebat, et quod unitas, non unus claves accepit, et quod ad omnes dicitur: « Amas me ? Pasce oves meas », et similia ; et non propterea dicitur quasi communitas popularis aut senatoria potestatem acceperit. Hic enim sensus contra Augustinum et Iesum Christum est, ut ostensum est<sup>1</sup>. Et ipse Augustinus in Quaestionibus Novi et Veteris Testamenti aperit dicens : « Salvator, cum pro se et Petro dari iubet didrachma, pro omnibus solvisse videtur, quia, sicut in Salvatore erant omnes causae Magisterii, ita et post Salvatorem in Petro omnes continentur: ipsum enim constituit pastorem eorum ut esset pastor gregis dominici 2.\* » In quibus verbis docet quod in officio capitali Petri omnes subintelliguntur.

<sup>1</sup> n. 9, 12, s

130 Ad primam autem rationem \* dicitur quod, licet non minus iuris habeat Ecclesia in potestate jurisdictionis quam in bonis temporalibus, tamen non eodem, sed alio modo habet. Nam potestatem iurisdictionis obtinet ut regimen monarchicum, dominium autem temporalium

<sup>1</sup> c. 7. D. XIX.

« S. AUGUSTINUS, *Quaest. ex Notio Tutam.*, c. LXXV ; PL 35, 2. 272 (apocryph.)

ut communitas. Et ratio diversitatis est, quia potestas jurisdictionis est a Iesu Christo qui tale statuit regimen, dominium autem rerum est a donatoribus hominibus transferentibus dominium quod ipsi habebant in communitatem Ecclesiae, et non in unum aliquem. Et hoc apparet in ecclesiis particularibus, in quibus manifeste ecclesiae in episcopo habent potestatem iurisdictionis, non autem dominium rerum.

131 Ad aliam vero rationem \* quod Ecclesia non potest er-  
'ω<sup>†</sup> rare, distinguendum est de errore personali in creden-  
do, et in **sententialiter auctoritative definiendo**; et rursus de **Ecclesia universali claudendo in se Papam**, et ut **distinguitur contra eius auctoritatem**. Et dicendum est quod errore personali certum est quod Papa, quia est una singularis persona magis potest in fide errare quam totum residuum Ecclesiae, sed hoc non spectat ad propositum. Errore autem iudiciali in fide, est e converso, quia magis potest errare communitas Ecclesiae sine auctoritate Papae quam Papa.

132 Et ratio est: quia **error Papae in definitiva sententia fidei est error totius Ecclesiae**, et vere universalis Ecclesiae, capitis et membrorum, quia ad ipsum spectat determinare finaliter de fide quid tenendum et quid repellendum, ut ab omnibus inconcussa fide teneatur, ut S. Thomas in tractatu Contra errores Graecorum, cap. 67, auctoritate Cyrilli et Maximi ostendit <sup>1</sup>, et in Ia Hae, q. 1, art. ult. [10] probat ratione. Impossibile est autem universalem Ecclesiam errare in fide, ergo impossibile est Papam in iudicio definitivo auctoritative errare in fide. Secus est in aliis, ut S. Thomas in quodl. 9 <sup>2</sup>, art. ult. [16], ostendit.

<sup>1</sup> . ed. R. et C.: VIII.

<sup>2</sup> C. S. THOMAE Opuscula omnia, ed. Mandonnet. III, 32 (ex scriptis apocryphis).

133 Unde argumentum militat ad oppositum, quia Papa in huiusmodi iudicio est **rectissimus propter** assistendam **Spiritus Sancti** in iudicio fidei, propter universale bonum Ecclesiae, sicut promisit Joannes xvi a, [13]: « Spiritus Sanctus docebit vos omnem veritatem », et Petro dixit: « Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos »<sup>1</sup>. Iuxta quod etiam XXIV, q. 1, dicit Innocentius [1] Papa, cap. *Quoties*: « Quoties ratio fidei ventilatur, non nisi ad Petrum, i. e. sui nominis honorem et auctoritatem habenti recurrendum est »<sup>2</sup>.

134 Et scito quod cum dicitur de errore iudiciali, quod sola universalis Ecclesia errare in fide non potest, non excluditur Summus Pontifex, sed includitur, quia auctoritas determinandi de fide competens universali Ecclesiae principaliter residet in Romano Pontifice, ut sanctus Thomas in *Ila Hae*, q. II, a. 2<sup>o</sup>, ad 3 dicit. Immo ipsa auctoritas quae universalis Ecclesia dicitur, non nisi illa Papae est, ut ex inducta auctoritate ex q. 1, *Ila Hae*, ubi finalis sententia de fide ad Papam spectare probatur, patet. Et propterea in allegato quodlibeto S. Thomas iudicio Ecclesiae et Papae ut synonymis utitur, aperiens expresse quod sententiae Papae per assistentiam divinae providentiae standum est.

\* n. 132

135 Et propterea oportet esse cautum, ne vocabulis aliter intellectis fallamur. Certi namque sumus quod nec Papa nec Ecclesia aut Synodus universalis integra potest in fide errare, iudicando auctoritative de fide. De Ecclesia autem ac Syno-

<sup>1</sup> ed. R. et C.: XIV.  
<sup>2</sup> ed. R. et C.: HI.

<sup>1</sup> Luc. XXII, 32.  
<sup>2</sup> c. 12. C. XXIV. q. 1.

do acephala nihil invenio, quia nihil auctoritatis sine capite in eo video, quamvis merita multa. Et non advertere ad hanc distinctionem de fide personali vel in iudicio auctoritative, est causa quare a multis ignoranter in materia fidei, immo doctores Papae praeferantur. Considerant enim ipsum, non officium, cum divina assistentia ad fidem in officio, etsi non in persona.

136 Ad id vero quod additur: quod **claves sunt propter**  
<sup>n.63</sup> **Ecclesiam finaliter** \*, concedo ingenue quod Papa ut potestatem iurisdictionis habens est propter bonum fidei et pacis Ecclesiae, ut ex cap. 76<sup>o</sup>, IV *Contra Gentes* S. Thomae apparet, et est ignobilior ipsa pace Christi, « quae exsuperat omnem sensum » Et hoc est quia Papa non est princeps nisi ut minister et vicarius naturalis principis qui est summum bonum, ad quod ordinatur bonum commune totius communitatis, ut ex XII *Metaph.* habetur 2.

137 Ad doctrinam ex principio illo: omne totum est maius  
<sup>n.64</sup> sua parte \*, dicitur quod, concesso illo principio formaliter, scilicet de toto et parte ut sic, quod licet Papa quoad personam et merita sit pars universalis Ecclesiae, **secundum potestatem tamen iurisdictionis**, de qua est sermo, non est pars, ita quod potestas Ecclesiae universalis non consurgit ex potestate iurisdictionis Papae et aliorum ut totum ex partibus, sed **potestas Papae est tota potestas Ecclesiae universalis** et aliae potestates sunt participationes ipsius in partem sollicitudinis datae, iam enim dictum est, quod non plus

"n.75

ed. R. et C.: LXXVII.

<sup>1</sup> Cl. Phil. IV. 7.  
<sup>2</sup> Vel potius I. XI. c. 10; Bekker, 1075 a 10.

potest Papa et Ecclesia quam Papa solus, licet plures potestates sint potestates Papae et Ecclesiae quam Papae solius.

138 Et si ex ratione capitis, quia est membrum et pars corporis, instare velis, respice ad Iesum Christum, qui caput verum totius Ecclesiae sic est, ut non solum quoad potestatem, sed nec quoad nobilitatem et sanctitatem sit pars Ecclesiae. Et vide quod in his mysticis locutionibus non oportet ea quae imperfectionis sunt, ut est esse partem, salvare in his quae sunt superioris ordinis, quales sunt Iesus Christus et eius vicarius generalis, qui quoad nobilitatem et sanctitatem et personam pars est Ecclesiae.

139 Ad illud vero Hieronymi, quod «orbis est maior Ur-  
n. 64 be : », respondetur quod verum est quoad multa, puta merita, virtutes, scientiam, et in proposito secundum vigorem consuetudinis, non potestatis : i. e. consuetudo orbis praevalet consuetudini Urbis. Sed potestas Urbis est supra potestatem orbis. Et quod haec sit intentio Hieronymi, ex contextu patet : quia de consuetudine ecclesiarum, qua diaconi sub presbyteris sedent, loquitur.

140 Ad rationem formatam super mandato Domini : « Dic  
n. 65 Ecclesiae 1 », quia adversarii sanctas glossas refugiunt, ut pro Ecclesia praelatus ut sic intelligatur cum sacris doctonibus eadem sententia, aliter dicitur quod Dominus in illo mandato affirmativo plura ordinate mandat. Primo, actum caritatis : « corripe eum inter te et ipsum ». Secundo, actus iudiciales : « adhibe duos ut in ore duorum vel trium stet omne verbum », et : « dic Ecclesiae. » Inter hos autem duos actus haec est differentia, quod actus caritatis extendit se ad omne peccatum in proximum et ad omnem fratrem, ut patet; actus vero iudiciales non extendunt se ad omne peccatum in proximum, nec ad omnem fratrem.

μĭ Et quod non ad omne peccatum in proximum, ex eo patet quod sunt quaedam peccata contra nos quibus convincendis non possunt adhiberi testes, ut patet de peccato coniugis tentantis facto coniugem in lecto ad peccatum contra naturam, et de secretissimis sermonibus. In his enim, quia non possunt testes adhiberi, locum non habet praeceptum hoc affirmativum : « adhibe tecum duos, ut in ore duorum vel trium stet omne verbum », nec illud : « dic Ecclesiae », quia intelligitur de peccatis subiectis adhibitioni testium.

142 Quod etiam non ad omnem fratrem, ex eodem fundamento habetur, quia scilicet si est aliquis frater qui non est subiectus alicui in terris, de illo non intelligitur praeceptum : « adhibe tecum », nec : « dic Ecclesiae » ; vanum enim hoc esset. Et quia Papa est talis frater, ideo praeceptum hoc non habet locum simpliciter contra Papam. Dico autem simpliciter, ut praeservem me a casu in quo potest deponi.

143 Et quod haec sit vera expositio ad litteram, probatur ratione et auctoritate. **Ratione** quidem: quia Salvator in hoc praecepto duo exprimit uniformiter, scii, personam peccantem : « frater tuus », et peccatum : « peccaverit in te »; utrumque enim absque exceptione aliqua indefinite ponit. Et tamen oportet quoad peccatum limitare ad peccatum capax adhibitionis testium : ergo quoad fratrem limitare etiam oportet ad fratrem subiectum communicantem tecum in Patre in terris. Et hoc potest accipi ex illo verbo: « frater tuus », i. e. pure frater, id est : qui ita sit tibi frater ut non sit plus quam frater. Ceteri namque praelati tui non sunt simpliciter plus quam frater, sed quoad aliquid ; Papa vero simpliciter. Qua ergo ratione limitatio admittitur peccati, admittenda est et limitatio peccantis fratris.

144            **Auctoritas** est S. Thomae in iv Sent., D. 19, q. 2, a. 2, qa. 3, ad 2, dicentis quod si praelatus non habet superiorem, recurrendum est ad Deum, qui eum emendet et de medio subtrahat: hoc enim propter solum Papam oportet dici, quia ceteri praelati habent superiorem. Nec solus est S. Thomas, sed nunc nunc infinitae fere auctoritates afferentur, ostendentes Papam omnino non habere superiorem, ac per hoc non claudi sub appellatione fratris peccantis quoad actus iudiciales.

145            Ex quo patet quam temere quidam dicant, quod super hoc textu absque omni calumnia plenitudo potestatis gladii spiritualis et exsecutio eius in Ecclesia collecta, ac per hoc in Concilio universali, super quemlibet Christianum qui est frater noster, etiam si Papa fuerit, fundatur; et quod super hoc fundatur potestas definiendi, determinandi, statuendi, exercendi, constituendi leges, etiam supra personam Papae et usum potestatis eius. Haec enim ex dictis et dicendis patet esse erronea, et dicentes haec nesciunt discernere quod praecepta, quae dantur de actibus iustitiae iudicialis, intelliguntur tam in factis quam in personis subiectis, et non aliis, et quod ista praecepta non probant subrektionem talis facti vel talis personae ad Ecclesiam; sed de subiectis illi, quaecumque et quicumque sint, **disponit** \*. Ignorantiae ergo est ex hoc textu subrektionem Papae arguere.

146            Et ut convincantur isti, practicetur textus iste sic. Primo textus non magis loquitur de Ecclesia universali, quam particulari, puta Mediolanensi. Et hoc etiam convincitur ex hoc quod, peccante in me fratre meo Mediolani, sufficit dicere ecclesiae illi, et si illam non audierit, erit « sicut ethnicus \* etc... Indistincte ergo de ecclesia loquitur. Tunc ultra cum di-

\* Illa »cil. iustitia. de qua loquimur. — Vide doctrinam S. THOMAE *Summa theologiae*. Ha Hac, q. 67, a. 1.



citur : « dic Ecclesiae », aut sumitur Ecclesia communiter pro collectione fidelium quomodolibet, et hoc non, quia, si non audiret lotam collectionem Mediolanensium absque praelatis, non esset « sicut ethnicus et publicanus », ut patet; aut sumitur Ecclesia pro collectione fidelium cum praelato, et si sic sumitur, ergo etiam Ecclesia universalis, cum dicendum sibi est, non sumitur pro acephala, sed cum capite, qui est Papa. Ex hoc ipso ergo praecepto Domini intellecto proportionaliter de Ecclesia universali, **Papa comprehendi ostenditur, non sub appellatione fratris peccantis, sed Ecclesiae iudicantis**, quia Ecclesiae cum capite, et non acephalae, dicendum mandat peccatum fratris peccantis.

147 **Rursus: Papa non est deterioris conditionis respectu Ecclesiae suae quam quilibet episcopus respectus ecclesiae suae.** Sed episcopus peccans in fratrem suum non denuntiatur ecclesiae suae acephalae, sed Ecclesiae, id est praelato superiori, et sufficienter impletur mandatum Domini. Ergo Papa non denuntiatur Ecclesiae catholicae, cuius est **episcopus**, acephalae, sed superiori, qui est Iesus Christus, clamando ad Deum, qui est paratus cito facere vindictam clamantium ad se, multo magis quam iudex terrestris, ut ipse testatur Lucae XVIII, [7].

148 **Negandum est igitur quod Ecclesia universalis sit iudex ordinarius Papae in puniendo**, et consequenter quod sit simpliciter et absolute illius iudex, et consequenter quod quemcumque legis actum possit super eum. An autem in aliquo eventu vel casu sit illius iudex, inferius examinabitur.

149 **Repugnare quoque sacris canonibus quod Ecclesia universalis sit iudex Papae in puniendo absolute**, manifeste patet. Quia sic de quolibet peccato Papae in proximum posset de-

nuntiari Papa, iudicari et puniri, si fraternam admonitionem non audisset, contra cap. *Si Papa*, D. xl<sup>1</sup>, et cap. multa IX, q. 3, scii.: *Patet, Nemo, Aliorum, Facta, Cuncta* \ et omnes canones Pontificum, scii. Bonifacii [I], Nicolai [I], Innocentii [I] Symmachi, Anterii et Gelasii. Et licet aliquod horum patiatur forte glossam quod loquitur de particulari iudice, et non de universali Ecclesia, multa tamen capitula omne indicium citra divinum excludunt, ut cap. *Palet*, ubi sunt de Sede Apostolica haec verba : « Cuius auctoritate maius non est indicium. » Similiter cap. *Aliorum*, ubi sunt haec verba: « Aliorum causas hominum Deus voluit per homines terminare, sed Sedis istius praesulem suo sine quaestione reservavit arbitrio », ubi etiam Papa excludit prosequendo obiectiones in contrarium.

150 Est et contra Extravagantem Bonifacii VIII *Unam Sanctam*, ubi definiens inquit : « Si deviat terrena potestas, iudicatur a spirituali : si deviat spiritualis iudicatur minor a superiore ; si vero suprema, a solo Deo et non ab homine potest iudicari. » Haec ille \* Et est contra multos doctores in theologia quidem, ut refert dom. Ioannes de Turrecremata in lib. II de Ecclesia, cap. 93 " " : Hugonem de Sancto Victore °, Albertum Magnum, S. Thomam, Alexandrum de Hales ', S. Bo-

• Ed R. et C.: XCIV.

<sup>1</sup> c. 6. D. XL.

<sup>1</sup> c. 10. 13. 14. 15. 17. C. IX. q. 3.

<sup>3</sup> Symmachus nempe.

<sup>4</sup> c. I *de maior, et obed.* 1,8, in Extravag, Comm. cf DENZ-Ba n n w , 469.

■ ROC, XIII, 418.

<sup>6</sup> (j. 1141) *de Sacramentis.* I. II; H. IV, 59.

• (t 1245) in *Sent.* 1. III (ined.); H. IV, 199.

naventuram <sup>1</sup>, Petrum de Tarantasio <sup>2</sup>, Ulricum Ricardum <sup>3</sup> \  
Petrum de Palude <sup>4</sup>, Hervaeum <sup>5</sup>, Augustinum de Ancona <sup>6</sup>,  
Alexandrum de Alpidio <sup>8</sup>; in iure autem canonico: Hostien-  
sem<sup>9</sup>, Ioannem Andream Guidonem Archidiaconum <sup>11</sup>, In-  
nocentium [iv] <sup>12</sup> et Alvarum b<sup>1</sup>.

151 . Ad ultimo autem allata ex sacris canonibus, ex eo quod  
Papa non potest contra statuta Patrum <sup>\*</sup> responsionem habeo  
Divi Thomae in tractatu Contra impugnantes religionem <sup>11</sup>,  
quod intelligitur quoad ea quae sunt iuris divini vel naturae.  
Et hoc etiam habetur in glossa illius et praecedentis capituli  
*Sunt quidem* <sup>15</sup>

152 Ad capitulum *Prima salus* <sup>\*</sup>. eodem modo dicendum  
<sup>• ibid.</sup> est, advertendo quod Patrum appellatione venit principaliter  
Papa, qui est pater Patrum.

> (f 1274) in *Sent.*, ll. IV.; H. IV, 248.

<sup>2</sup> (Innocentius V f 1276) in *Sent.*, ll. IV.

<sup>a</sup> ULRICUS ENGELBERTI DE ARGENTINA (Strasbourg) f 1277, in sua *Summa de Bono*; QE, 1, 356.

<sup>4</sup> RICARDUS BE MEDIAVILLA (Middleton) f 1307-8, in *Sent.*, ll. IV; H. IV, 375.

<sup>1</sup> (J<sup>o</sup> 1342) in suo tract. *De causa immediata ecclesiasticae potestatis*, seu de potestate ecclesiastica; QE, I, 603.

<sup>11</sup> HERVAEUS NATALIS (de Nédellec) f 1322, tract. *De potestate Papae*, QE. I, 533.

<sup>1</sup> AUGUSTINUS TRIUMPHUS f 1328, in Summa sua *De ecclesiastica potestate*; H. IV, 495.

<sup>8</sup> ALEXANDER a S. ELPIDIO f 1320 scripsit *De Ecclesiastica unitate* cf, DHE, t. II, coi. 272.

<sup>9</sup> HENRICUS DE SECUISA f 1271; H. IV, 289.

<sup>10</sup> IOANNES ANDREAS t 1348; H, IV, 489 Scripsit *Glossam in lib. IV Decretalium*.

<sup>11</sup> GUIDO DE Ba YSIO f 1313; H. IV, 412.

<sup>12</sup> S1NIBALDUS DE FLISCO f 1254; H. IV, 287.

<sup>13</sup> ALVARUS PELAGIUS (Pelayo) f 1352; H. IV, 513.

<sup>14</sup> S. THOMAS, *Contra impugnantes Dei cultum et religionem*, c. 4; ed. Mandonnet, IV. 56.

<sup>15</sup> IOAN. *Glossa* in c. 6 et 7, C. XXV, q. I, coi. 1898-1900.

- 153            Quod autem Ioannes Gerson affert contra Summos Pontifices illud Gratiani, Dist. IV : « Leges instituuntur cum promulgantur, firman- tur autem cum moribus utentium comprobantur | », quasi examen legum supremum fit, unde firman- tur, risu magis quam expositione dignum est.
- 154            Relinquitur igitur certum et indubie tenendum quod **Pa- pa est supra universalem Ecclesiam**, non solum se- cundum singulas personas et ecclesias, sed **secundum ipsam Ecclesiae communitatem**, solum **Deum** superiorem habens.

c. 3, D. IV ; apud IOAN. GERSON, *De potestate ecclesiastica*, Consideratio 4a ; ed. Ellies du Pin, 11, 232 A.

## Caput X

*De novā quadam fictione, qua imaginantur aliqui Concilium esse supra Papam.*

155 Hactenus simpliciter est disputatum et conclusum quod Papa habet potestatem super universali Ecclesia et Concilio ut caput, pastor, rector et director illius. Deinceps nova quaedam imaginatio Ioannis Gerson, in tractatu *De potestate ecclesiastica* et in tractatu *De auferibilitate Sponsi seu Papae*<sup>1</sup>, tractanda confutandaque est, quoniam periculosa est valde et sanctae Matri Ecclesiae plurimum nociva. Et ut melius observare se ab his omnes possint, recitanda est sua imaginatio.

156 Ponit imprimis potestatem ecclesiasticam velut quoddam totum intégrale distingui in suas partes intégrales: papatum, cardinalatum, patriarchatum, episcopatum sacerdotiumque, Ecclesiamque integrari ex his ita vult ut, sublato non Papa, sed papatu, non sit Ecclesia universalis<sup>2</sup>. Vultque proinde in Ecclesia et Concilio universali, sive Papa sit sive non, claudi auctoritatem papalem, quam supremam potestatem ecclesiasticam et plenitudinem potestatis ecclesiasticae, formaliter potestative et originaliter reliquas continentem, et in solo Romano Pontifice formaliter et subiective, esse fatetur a Iesu Christo Petro datam. Fatetur quoque Ecclesiae regimen a le-

<sup>1</sup> IOANNES GERSON, *De auferibilitate Papae ab Ecclesia*, apud GERSONI opera, ed. Ellies du Pin, Antwerpiae, 1706; H, col. 209 D — 224 D; eiusdem auctoris, *De potestate ecclesiastica et de origine iuris et legum*, ibid. II. 225-260.

<sup>2</sup> IOAN. GERSON, *De potestate ecclesiastica*, Considerabo 7a; ibid. 235 B-C.

su Christo institutum monarchicum, ita quod hoc non nisi a solo Deo mutabile, et monarcham esse Papam.

157 Cum his quoque distinguit, et bene, **potestatem ecclesiasticam tripliciter accipi** <sup>1</sup>. Primo, secundum seipsum, ut papatum secundum se. Secundo, secundum applicationem ad hanc vel illam personam, ut quod papatus sit in Ioanne vel Martino. Tertio, secundum executionem, ut quod Papa faciat vel non faciat hoc vel illud. I

158 Et apposita altera distinctione de multiplici modo essendi in aliquo <sup>2</sup>, vult quod, licet quaelibet ecclesiastica potestas sit formaliter et subjective tantum in suppositis formaliter denominatis ab illa, puta papalis in Papa, cardinalitia in Cardinali, episcopalis in episcopo, nihilominus **quaelibet ecclesiastica potestas est in Ecclesia universali seu Concilio universali eam repraesentante tripliciter** Primo, sicut in fine, quia data est in aedificationem corporis Christi. Secundo, sicut in regulante applicationem ipsius ad personam. Tertio, sicut in regulante usum vel executionem potestatis in persona existentis. Et de primo et secundo non esse dicit difficultatem. De tertio autem similiter dicit, si consideretur quod potestas papalis data est in aedificationem Ecclesiae.

159 Et probat sic <sup>3</sup>. Papa est peccabit, et potest hac potestate in destructionem Ecclesiae abuti. Similiter sacrum Collegium Cardinalium non est in gratia vel fide confirmatum. Ergo oportet ut aliqua sit relictata inobliquabilis et indeviabilis regula ab optimo legislatore Christo, secundum quam possit abusus huiusmodi potestatis reprimi, dirigi atque moderari.

<sup>1</sup> Loe. cit., Consid. 6a; ibid. 234 B.

<sup>2</sup> Loc. cit., Coniid. 6a; ibid. 234 C.

<sup>3</sup> Loc. cit., Conidi. Ia i ibid. 234 A-B; 244 A.

< Ibid. 243 C.

Haec autem est Ecclesia, seu universale Concilium : ergo in Ecclesia universali est papatus ut in regulativo executionis ipsius. Et confirmatur : quia cum medium virtutis non habeatur nisi prout sapiens iudicabit, et Papa habeat potestatem in aedificationem prout sapiens iudicabit, finalis resolutio huius iudicii fiet ad Ecclesiam, seu Concilium, ubi est sapientia indeviabilis.

160 Et hic, inquit <sup>1</sup>, fundantur multa: ut quod Papa iudicari potest et deponi per Concilium, quod Concilio subicitur quoad usum suae potestatis, et sibi potest dici: cur ita facis?; et quod in Concilio est etiam potestas papalis quarto modo, scilicet, supplendo potest facere quidquid potest Papa, ut decreta et acta Concilii Constantiensis testantur.

161 Distinguit praeterea <sup>2</sup> potestatem Papae in eam quae sibi a Iesu Christo tributa est in Petro tamquam suo vicario et monarchae, tam ordinis quam iurisdictionis in foro voluntario et invito, et hanc vult esse supernaturalem, et in eam quae convenit Papae ex iure naturae et positivo. Naturae quidem : quia dictamen iuris vult ut supremus in aliqua politia gaudeat multis privilegiis et honoribus super alios. Positivo vero multiplici, et in proposito ipsius Ecclesiae, seu generalium Conciliorum, sicut communitas perfecta suo capiti dare potest : et hanc vult esse auctoritatem interpretandi dispensandique in statutis Concilii generalis, prout occurrens necessitas vel evidens utilitas postulat, ubi pro tunc recursus ad generale Concilium non patet. Propter cuius distinctionis ignorantiam, multam ortam putat ignorantiam in putantibus omnia posse Papam ex auctoritate sibi a Christo tradita.

162 Concilium igitur esse supra Papam habereque vim coactivam super illum posseque illi leges imponere circa usum

» Ibid. 243 C. 244 B-C.

<sup>2</sup> Loc. cit., Consid. 10a; ibid. 239 D - 240 A.

potestatis, suspendere ab executione, et deponere cum culpa et sine culpa, infert. Comparare propterea, inquit, Ecclesiam Papae nihil aliud est quam comparare totum parti integrali et quaerere quid sit maius'. Constat enim quod Ecclesiae seu Concilii universalis auctoritas maior est auctoritate Papae in sex 2: primo, in amplitudine vel extensione. Secundo, in infallibili directione. Tertio, in morum reformatione in capite et in membris. Quarto, in coactiva potestate. Quinto, in causarum fidei difficultum ultima decisione. Sexto, quia copiosior: complectitur enim saltem virtualiter omnem potestatem et omne politicum regimen, papale, imperiale, regale, aristocraticum et timocraticum.

163 Confirmat dicta sua ex Apostolorum actibus pluribus: quia scii, Iacobus, non Petrus, definivit in Concilio, Act. XV, [13], et ibidem non Petri nomine, sed communitatis scribitur ad Antiochiam: « Apostoli et seniores etc. 1 »; et miserunt Petrum et Iohannem tamquam subditos Ecclesiae, Act. VIII, [14]; et Petrus compulsus est rationem reddere de ingressu ad centurionem, Act. XI, [2].

164 Fundat autem super allatis prius ex Matth. XVIII, 117. 18] auctoritatibus: « Dic Ecclesiae... » et: « Quaecumque ligaveritis super terram », et Concilio Constantiensi'. Et concludit quod luce clarius ex principiis theologiae conclusa est subiectio Papae ad Concilium. Et usque adeo progreditur ut pestiferam perniciosamque doctrinam appellet', ponentem Papam supra Concilium, aut saltem non imparem illi.

' Loc. cit., Consid. 7a, ibid. 235 C.

\* Loc. di., Consid. 12a; ibid. 248 D.

1 Ad. XV, 23; citetur a GERSON. eodem loco, coi. 245 B.

< Loc. cit., Consid. 4a · 'bid· 231 A·D·

s l cit., Const. 10a; ^d. 240 C.

## Caput XI

*Quod secluso Papa in Ecclesia non est papalus suppletive, et sicut in regulante usum ipsius.*

165 Principium veritatis videndae circa recitata a radice sumendo, declarabimus primo id super quod tota haec consurgit fabrica falsum esse, scii, quod, secluso Papa, quo-

regulativo ipsius quantum ad usum et suppletive. Deinde ostendetur falsum esse quod Papa habeat aliquam potestatem ab Ecclesia \* sed omnia potest ex papatus auctoritate. Et deinceps sigillarim omnia examinando determinabuntur, manifestata prius veritate circa potestatem applicandi potestates publicas ad personas, an sit in Ecclesia secluso Papa \*. Sic enim modo de Ecclesia ut distinguitur a contra Papam loquimur, et sic volumus intelligi, dum de his sermo est.

166 Si papatus igitur est sic in Ecclesia, cum Ecclesia non habeat ipsum ex seipsa, ut adversarius latetur, oportet quod datus sit ei a Deo; et cum huiusmodi donata a Deo nesciamus nisi per revelationem in sacra Scriptura, vel traditione Apostolorum, vel in sanctis doctoribus aut determinatione apostolica contentam, aut per rationem ex principiis theologicis efficaciter probantem, si in nullo horum revelatio haec invenitur, sed oppositum, si theologica ratio non convincit, sed potius abducit ab hoc, sentiendum est oppositum.

\* Ed. R. : distinguntur; ed. C. : distingitur.



- 167 Et quidem quod in sacra Scriptura donatio ista non reperiatur, ex antedictis patet; auctoritates enim sumptae ex Matth. XVIII, [17. 18] \* nihil dant nisi supra subiecta  
• n. i40sq.
- 164 Ecclesiae indefinite a, ut praedeclaratum est \* Unde ex eis non potest huius vel illius subiectio probari, sed haberi quam potestatem in subiecto habeat.
- 168 Ex gestis vero ab Apostolis \* nihil tale habetur: quia  
♦ n. 163 Act. VIII, [14], licet Petrus et Ioannes sint missi, non tamen ut subiecti. Spiritus enim Sanctus missus est a Filio, iuxta illud Ioan. XV b, [20]: « Quem ego mittam vobis », et tamen non est subiectus. Male theologus est qui ex missum esse infert: subiectum esse.
- 169 Act. vero XI, [2] \* disceptatio eorum qui erant ex circumcissione adversus Petrum nullam superioritatem, sed ambiguam aemulationem Legis Moysi prae se fert. Et quod illa disceptatio non ab Apostolis, sed conversis Iudaeis et praecipue Pharisaeis fuerit, textus ille iunctus cum cap. XV, [5], ubi illi de haeresi Pharisaeorum dicebant legalia imponenda etiam Gentilibus, insinuat. Et rursus reprehensio non factis, sed verbis, subiectis quandoque licita est adversus praelatos, ut de Petro et Paulo apparet ad Gal. II, [11]» et superius ex  
• n. //5 sancto Thoma ostendimus \* Et item Gregorius, ut habetur II, q. 7, cap. *Petrus*, hoc solvit, quod Petrus noluit uti auctoritate sua '.
- 170 Act. vero XV, [13] non fuit Concilium universale, nec  
n. 163 Iacobus dedit sententiam, et ideo nihil facit ad propositum. Quod non fuerit Concilium universale, patet ex hoc quod non

• Ed. R. et C. : indefinitae,

b Ed. R. et C. : XVI.

' c. 40. C. II, q. 7; cf. s. GREGORIUS M. *Epistularum* I. X], ePi 45 /a] 39) ad Theociistam; PL 77, H90 C. J

fuerunt ibi nisi tres ex duodecim Apostolis, ut ad Gal. II, [9] habetur, scii. Petrus, Iacobus et Ioannes. Quod enim narratur Act. XV tunc fuit, quando Paulus post annos quattuordecim ascendisse se Hierosolymam ad Gal. II, [1] refert \ Ut Glossa ordinaria dicit Act. XV ", quod Iacobus sententiam non dedit, sed iudicium suum dixerit post Petrum loquens  $\mathfrak{I}^*$  ex eo patet quod subditur: « Tunc placuit Apostolis et senioribus cum omni Ecclesia eligere et mittere etc... scribentes per manus ipsorum '. » Conclusio ergo, in qua stat proculdubio sententia definitiva, in communi facta est, et non a Petro nec Iacobo.

171 Et scito quod, quia solutio quaestionis petebatur non a Petro, sed ab Apostolis et presbyteris praesentibus Hierosolymis, ut patet in eodem XV cap., [6], ideo Petrus simplici apostolatu, non papali auctoritate usus, exhibuit se sicut unum ex aliis in tali conventu, et communi nomine Apostolorum appellatione contentus fuit. Et bene, quia omnia tempus habent, necdum autem erat /tempus utendi plenitudine potestatis suae, in statuto praecipue transitorio quale fuit propositum a Iacobo cum dixit: « Ego iudico 5 », i. e.: hoc est iudicium meum etc.. Advenit postmodum tempus quo Papa manifestavit suae plenitudinem potestatis, ut patet legenti gesta Patrum et Ecclesiae. Quamvis et hic Petrus primus inveniatur et in electione Matthiae et in condemnatione Ananiae et Saphirae et Simonis<sup>6</sup>; et ex traditione successiva Apostolorum, Papam potius quam

1 Cf. SUPPL. DICT. BIBLE, art. *Chronologie Biblique*. I, 1286, 1295.

2 *Glossa ord.* in Act. XV nihil refert, quod praedicta confirmet; unde verba ita cum sequentibus iungo.

3 Cf. *Glossa ord.* in Act. XI. v. 23: « Dicente Petro, narrantibus Barnaba et Paulo, iudicante Iacobo Ierosolymorum episcopo, merito placuit sententia, \* PL 114, 457.

« Act. XV, 22. 23.

5 Act. XV, 19.

6 Cf. Act. I, 15 sq.; V, 3 sq.; VIII, 20.

Concilium primatum obtinere animis vocibusque christianorum inhibitum est usque ad Concilium Constantiense, ad quod usque tempus sancti doctores absque dubio hoc docuerunt.

172       Nec Concilium Constantiense aut Basileense oppositum determinare potuit, quia, si Hieronymi solius auctoritas innixa sacrae Scripturae praevaluit Concilio, ut patet HI, q. 2, cap. *Tria*, iuncto cum capitulo: *Placuit* ‘, quanto magis tanta lucida nubes testium inductorum innixa sacrae Scripturae aperte, ut monstratum est et monstrabitur, praevalet congregationi Constantiensi ante Martinum [v] et Basileensi Concilio. Omnia enim Concilia per Romanae Sedis auctoritatem robur acceperunt et facta sunt, ut ex cap. *Significasti, de elect.*, allatum est

i73       Quod autem **nec ratione ex theologis principiis** \* **habeatur**, sed potius oppositum, manifestatur. Tota enim ratio huius consistit in hoc quod summus provisor et legislator Dominus Iesus Christus non reliquit Ecclesiam dilectissimam sine sufficienti regula et inobsequabili in remedium occurrentium defectuum. Sed Papa est peccabilis, Ecclesia vero errare non potest. Ergo. Haec enim ratio ad hoc propositum non solum non procedit ex principiis theologiae, sed in haeresim adducit damnatam. Pro fundamento enim sumitur quod Ecclesia non potest errare et Papa potest errare. Aut loquuntur de errore personali in gratia gratum facienti, aut de errore iudiciali in definiendo in quacumque re Ecclesiae vel in fide.

174       **Si loquuntur de errore personali in gratia, in haeresim inciditur damnatam**, quod potestas ecclesiastica fundatur super caritate, et tamen hoc modo contra seipsum oportet quod intendat iste homo, quia expresse affert pro

i Cf. potius c. 8-11, c. XXXVI, q. 2.

1 c. 4. X. *de electione*, I, 6 Cf. supra n. 79. 91. 106.

ratione: quia Papa est peccabit et sacrum Collegium ei assistens non est confirmatum in fide et gratia. Ex hoc ergo quod, apud ipsum, Ecclesia est firmata in fide et gratia, et propterea inobliquabilis, oportet dicere quod a Deo a habeat regulativam potestatem usus omnis ecclesiasticae potestatis. Et hoc quid aliud est dicere, quam sequi haeresim illorum qui, quoniam: « ubi sunt vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum » est Dominus <sup>1</sup>, ecclesiasticae potestatem in bonis christians ponunt <sup>2</sup> ?

175 Amplius: quis revelavit huic homini quod praelatorum congregatio in Concilio generali, secluso Papa, sit confirmata magis in fide et gratia personali quam collegium Cardinalium, et quare non possunt omnes illi esse in peccato mortali sicut isti ?

176 Praeterea: quamvis Ecclesiae sit promissa gratia personalis in aliquo supposito semper, iuxta illud Matth. ult. [xxviii, 20] : « Ecce ego vobiscum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi », quis hoc promisit praelatis istis sic congregatis magis quam collegio Cardinalium cum Papa? Quaecumque enim auctoritas afferatur de congregatis, scii: \* Ubi duo vel tres etc. », et: « Si duo ex vobis consenserint », et similia <sup>3</sup>, non magis habet locum in illa acephala congregatione quam in ista non acephala, quae vere est in nomine Domini, saltem quoad auctoritatem, nec potest dici quod hoc conveniat Concilio dicto ex repraesentata Ecclesia universali, quia gratiae

» Ed. R. et C. : adeo.

<sup>1</sup> Matth. XVIII, 20.

<sup>2</sup> Vide infra n. 314, ubi Pauperes de Lugduno nominantur. Apud DENZ, Ba NNW., 486, 488 ; cf. etiam 595, 636 etc.

<sup>3</sup> Matth. XVIII, 19. 20.

personales repraesentati non transeunt in repraesentantem, ut patet inductive.

177 Si vero loquuntur de errore in iudicialiter definiendo de re qualibet, constat, et quod Papa, et quod Concilium simul cum Papa, errare potest, male iudicando de uno regno, quod iste habet ius eius et non alter, aut quod ille episcopus sit simoniacus, ut patet in cap. *A nobis, de sentent. excomm.* 1 et in Quolib. S. Thomae<sup>23</sup> ubi supra

\* n. 132

178 Si autem de iudicio fidei sit sermo, tunc aut comparatur Papa et Concilium secundum proprias naturas et vires, et sic tam Papa quam Concilium potest errare, quia omnis homo mendax; aut secundum assistentiam divinae providentiae, et sic falsum et erroneum est dicere quod Papa possit errare, quia hoc esset dicere quod Ecclesia tota potest errare in fide, quia ad ipsum pertinet determinare de fide, ut habetur *de baptismo et eius effectu, cap. Maiores* 4, et XXIV, q. 1, cap. *A recta, Memor sum* et Quoties \ Et quid determinatum est ab ipso de fide omnes Christifideles sequi oportet, ut patet ex eo quod haereticus censetur qui damnatae ab Apostolica Sede conclusioni in fide adhaeret pertinaciter, et ex hoc quod qui aliter docet et sentit de fide et sacramentis Ecclesiae quam Romana Ecclesia, haereticus est, ut patet ex S. Thoma in *Ia IIae, q. 1, art. ult. [10]* docente quod ad Summi Pontificis auctoritatem pertinet finaliter determinare ea quae sunt fidei ut ab omnibus inconcussa fide teneantur; et in q. 11, a. 2, ad 3, quod contra Papae auctoritatem in materia fidei « nec Hieronymus, nec Augustinus, nec aliquis sacrorum doctorum suam sententiam

1 c. 28, X, de *sententia excomm.*, V, 39.

» S. THOMAS, Quodl. 9, a. 19; ed. Marietti, V, 201,

3 c. 3, X, de *baptismo et eius effectu.* 111, 42.

4 C. 9, io, 12, C. XXIV, q. 1.

defendit'», et ex cap. *Si Papa*, D. XL, ubi dicitur quod ex ipso, post Dominum, universorum salus dependet “, et per hoc infallibile Papae indicium impletur illud Ioan. <sup>XIV</sup>, 26<sup>Y</sup> quod Spiritus Sanctus docturus est nos omnia.

Colligendo igitur rationis solutionem, dicitur quod semper altera praemissarum est erronea. Si enim est sermo de obliquitate a gratia, illa universalis est erronea, scii, quod obliquum oportet regulari in terra a recto, et est expresse damnata etiam a Concilio Constantiensi sub Martino. Si autem est sermo de obliquitate a iudicio fidei, illa propositio est erronea, scii, quod Papa potest errare, et reliquum Ecclesiae non. Confirmatur haec auctoritatibus supra allatis \*

I&O Et haec responsio est ratio sumpta ex parte causae materialis: ex hac enim habetur quam non magis communitas quam una persona in officio vicariatus Christi posita quantum ad ea quae sunt fidei, habet quod sit subiectum seu materia assistendae divinae, cum non sit differentia apud Deum in multis aut paucis, uno vel pluribus salvare. Immo, ex quo monarchicum institutum est regimen, in uno solo constituta est potestas, ut S. Thomas in IV Sent., D. 19, q. 1 dicit <sup>1</sup>.

( Ex quo patet quod voluntarie dicitur quod Papa habet potestatem in aedificationem, prout sapiens, i. e. Concilium determinabit. In his enim quae sunt fidei, secundum divinam sapientiam in Scripturis revelatam et sibi assistentem, in directione autem morum, secundum prudentiam monasticam et politicam, quae in principe est, aedificare Ecclesiam debet. Et ad hoc multum adiuvatur ex Concilio Sanctorum et Patrum, et propterea cum veneratione a Summis Pontificibus suscipiun-

<sup>1</sup> iuxta *Decretum* GRATIANI, c. 12, D, XXIV, q. 1.

<sup>2</sup> c. 6, D. XL.

tur; ostendunt siquidem statuta iter Papae, quod sequi secundum Deum debet, quamvis cogere ipsum nequeant, ut ex la Hae S. Thomae allatum est \ Rationes autem quae concernunt depositionem Papae inferius solventur \*

\* cap. XVII  
iq.

182 Ex parte vero causae formalis: quia papatus est, ex formali sua ratione, **suprema in Ecclesia potestas**, ut ex antedictis habetur et ipsemet fatetur; **suprema autem potestate in Ecclesia repugnat dari in Ecclesia superiorem**, quia iam non esset **suprema in Ecclesia**: sed potestas in **Ecclesia regulativa papatus quoad usum est superior papatu**: ergo in Ecclesia Dei non est talis potestas, et consequenter non est in illa papatus sicut in regulative usus illius.

183 Prima propositio assumpta, ut dictum est, patet ex determinatione etiam Concilii Constantiensis sub Martino V. Secunda autem est nota ex terminis. Tertia autem, et probatur, et est ab eo confessa. Probatur quidem: quia « cum par in parem non habeat imperium 1 », et propterea unus Papa non potest ligare manus alterius, oportet, si Ecclesia potest ligare manus Papae constituendo leges coactivas circa usum papatus et suspendendo ab executione, quod potestas Ecclesiae non sit par papatui, sed superior papatu. Confessa autem est ab hoc viro, cum loquens de dispensatione facta a Papa dicit: « Teneat etc. haec dispensatio, si non contineat errorem apertum, aut nisi fuerit superius lege prohibita, quod dicitur propter statuta fieri possibile circa papalis usum potestatis per generale Concilium. » Haec ille 3.

1 S. THOMAS, *Summa theol.* Ia IIae q. 96, a. 5 q. rt . . .  
» c. 20, de electione et clericali potestate. I, 6; CIC, II, 62, c. med. cf. Index rerum' < Par in parem...».

3 IOAN. GERSON, *De potestate ecclesiae unica*, Conwd, Iqa. etl. on. ea. t-llie» du P>η, II, 242 A.

184 Et ut magis pateat eorum fictio, advertendum est quod, quemadmodum in adunatione omnium sensuum exteriorum in unum subiectum, non inveniretur aliquis unus iudex praeter singulas sensuum potestates, nisi sensus superior eis omnibus et communis omnibus praeiungeretur, et propterea oportet ponere sensum communem, ut patet in III De anima <sup>1</sup> \ unicum et communem omnium sensibilibus iudicem altiorem omnibus, quo uno unum subiectum habens plures sensuum potestates iudicat ; ita posito, non concesso, quod in Ecclesia invenirentur omnes potestates ecclesiasticae, scii, papatus, cardinalatus etc..., si ex eis non resultaret, aut quomodolibet eis iungeretur una alia potestas, nihil posset nisi quod secundum singulas potestates papatus, cardinalatus, episcopatus etc... posset. Perinde enim est, ut dicitur in III De anima <sup>2</sup>, duabus potentiis iudicare ac si duo iudices essent.

185 Ex concursu igitur omnium potestatum in Ecclesia universali etiam cum Papa, non plus potest apud sapientes tota Ecclesia cum Papa, quam possint singulae potestates, ac per hoc, cum papatus non possit ligare manus Papae, nec tota Ecclesia hoc potest, nisi fingatur superior quaedam potestas papatu, qua Ecclesiae communitas utens iudicet de singularum potestatum actibus ; et si hoc fingitur, contradicitur veritati et sibi ipsi, qui Ecclesiam ex papatu, cardinalatu etc... componi vult.

186 Ex causa demum finali probatur intentum quadrupliciter. **Primo**, quia incidit in Scyllam, cupiens vitare Cha-

a. ed. R. et C.: secundo.

<sup>1</sup> ARISTOTELE F-S, *De anima*, III, 2 ; Bekker, 426 b 20.

<sup>2</sup> Ibid. Bekker, 426 b 23 cf. S. THOMAS, *Comment, in III de anima* 1, 3 ; Vivès, 20, 105.



rybdim. Si enim propter hunc finem ut quilibet potens errare habeat superiorem in terris, oportet hanc in Ecclesia supra Papam potestatem ponere, **quis corriget Concilium ipsum potens errare?** immo quod **de facto erravit in decretis illis Constantiensi et Basileensi.** Et in multis aliis errare potest, propter quod a Concilio ad Papam conceditur appellatio, ut S. Thomas in quaest. De potentia Dei, q. 10, a. 4, ad 13 dicit.

187 Et de Concilio Basileensi, quod, quamvis legitime congregatum, erraverit notorie, convincitur ex ipsius verbis in secunda sessione, scii. : « Synodus Basileensis decernit et declarat, quod ipsa pro haeresum extirpatione ac morum generali reformatione Ecclesiae in capite et in membris, necnon pacem inter Christianos procuranda, in Spiritu Sancto legitime congregata, per nullum quavis auctoritate, etiamsi papali dignitate praeferat, dissolvi, aut ad alium locum transferri, seu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet aut potest, debet aut poterit in futurum, absque eiusdem Synodi Basileensis deliberatione et consensu ». Haec ibi l. Ubi manifestissime apparet quod, etiam in his quae sunt iuris positivi, qualia fuerunt tempus et locum Concilii, determinaverunt non habere potestatem Summum Pontificem, etiam antequam ipsa Synodus congregata ibi tunc esset, quod tam erroneum est ut argumentatione non egeat.

188 Et hoc unum ideo attuli ut ostendatur, et quod Concilium, rite etiam congregatum auctoritate Romani Pontificis, ipso absente \* aut non consentiente decretis, errare potest et erravit, et ut ex hoc uno manifeste falso in principio Concilii illius

a. Exi. R. et C. : habente.

i Ci. MSI. XXIX. 22.

decreto, omnium decretorum illius auctoritas quanta sit cognoscatur. Inquit enim Augustinus quod, vel si minimum mendacium in sacra Scriptura admittitur, tota perit \

189       **Secundo**, quia **verus finis potestatis ecclesiae**, scii, unitas fidei, caritatis et pacis, qua una est Ecclesia et pervenitur ad patriam coelestem, **melius causatur per unum quam per plures convenientes in unum.**

190       **Tertio**, quia **nimis derogat dignitati supernaturalis ordinis positio ista**: quasi, sicut Deus in naturalibus creavit hominem liberum et reliquit eum in manu consilii sui, quo fit ut communitas libera regem constituat cum certis legibus tacitis vel expressis, sic disposuerit Christus in supernaturali regimine Ecclesiae, dando communitati potestatem supra principem. Large quippe aliter est: nam supernaturalis regiminis firmitas non super humano consilio, sed super divina assistentia supernaturali fundatur, ac per hoc, ad infallibilitatem infallibiliter consequendam, ipsa supernaturalis regiminis resolutio respuit recursum ad potestatem communitatis.

191       **Quarto**, quia cum gratia perficiat naturam per modum eius, et divina sapientia « disponat omnia suaviter ' », **oportet quod Dominus Iesus Christus disponat regimen Ecclesiae suae ut vivus, non ut defunctus.** Propter quod non ante mortem, sed post resurrectionem, in aeternum non moriturus, Petrum instituit non successorem, sed vicarium suum. Commune est autem omnibus principibus viventibus vicarios instituentibus, ut potestatem reipublicae super vicarium non dent, sed sibi reservent iudicandum. Dominus igitur Iesus Christus communitati Ecclesiae non dedit potestatem super suo vicario, sed illi suam assistentiam non defuturam ape-

† S. AUGUSTINUS, *Epist. XXVIII ad Hieronymum*, 111, 3; PL, 33, 112.

» Sap. VIH, I.

riens Luc. II, [32]: «Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua », ipsi confirmationem aliorum commisit, subdens : « Confirma fratres tuos.» Et haec ratio, licet magis ex modo quam fine regiminis sumatur, ostendit tamen quod, ad consequendum Ecclesiae finem, ex modo regiminis non convenit in Ecclesia talem ponere potestatem.

192 Quia ergo posita potestas ista in Ecclesia supra Papam regimini Ecclesiae per vicarium sub Iesu Christo vivente non consonat, et supernatural! resolutioni ecclesiastici iudicii derogat et ad verum Ecclesiae finem inepta est, et intentum finem correctionis omnium errare potentium non assequitur, rationi formali papatus repugnat, assistentiae Christi ad Papae iudicium in his quae sunt fidei obstat, et nulla auctoritate authentica aut ratione efficaci asseritur totque Sanctorum testimoniis adversatur, concludendum est quod frustra, ignoranter, temere atque impie praedicatur, scribitur, defenditur.

## Caput XII

*Quod, secluso Papa, non est in Ecclesia potestas legislatiua.*

193 Quoniam autem, praeter dictam potestatem, duas alias in  
Concilio locat secluso Papa, scii, potestatem applicandi pote-  
/99 states ecclesiasticas ad personas \* et potestatem con-  
dendi interpretandique auctoritative leges, de  
his aliquantisper dicendum est.

194 Auctoritas Ecclesiae in condendis legibus convenit Eccle-  
siae secundum istum ex hoc quod est communitas perfecta.  
Unde si quaelibet communitas libera et perfecta potest condere  
leges, et ipsius solius auctoritate possunt mutari conditae ab  
ea leges, sic in Ecclesia etiam oportet. — Sed ut breviter  
error istius pateat, omisso quod Ecclesia absque Papa  
non est communitas perfecta, quia sine capite, dicimus  
quod, quia Ecclesia universa distincta contra Papam est commu-  
nitas subiecta a Iesu Christo Papae, ut patet ex auctoritatibus  
13) inductis ;\* testantibus ipsum esse pastorem, rectorem, episcopum  
directoremque omnium christianorum et universalis seu catholicae  
Ecclesiae consequens est quod Ecclesia, etsi possit ordinare  
per modum societatis cuiusdam, non tamen potest ali-  
quid statuere habens vim coactivam, non solum circa  
actus Papae, sed nec circa quemcumque christianum, nisi  
ratione auctoritatis praelatorum ipsius, si illi ad  
hoc concurrunt; et, si fiant de facto, non valent nisi  
auctoritate Romani Pontifici implicite vel expli-

<sup>1</sup> Ex Cone. Florentino cf. DENZ.-BANNW. 694.

**cite roboretur.** Unde S. Thomas, ut superius adductum  
•n./06 est \* inquit: « Sancti Patres in Conciliis congregati nihil  
possunt statuere, nisi interveniente auctoritate Romani Pontificis  
Et, ut praedictum est, recte dixit: «sancti Patres», quia  
multi Patres ex sua temeritate possunt statuere, etiam ligando  
manus Pontifici Summo.

195 Et confirmatur hoc ex definitione legis posita a sancto  
Thoma in Ia Hae, q. 90, ubi in ult. art. [4] ex praedeter-  
minatis concluditur quod lex est: « rationis ordinatio ad bonum  
commune ab eo qui curam habet communitatis promulgata. »  
Ex hoc enim patet quod **lex Ecclesiae nihil aliud est**  
**quam rationis ordinatio ad Ecclesiae commune**  
**bonum a Papa, qui curam habet communitatis ecclesiasticae,**  
**promulgata, ac per hoc communitas Ecclesiae, cui suscipi-**  
**us cura non est relicta a Iesu Christo, sed commissa Papae,**  
non potest leges auctoritative facere.

196 Et hoc cognoscentes sancti Patres a Papa robur decreto-  
rum suorum recognoverunt, ut etiam, exorto hoc errore, post elec-  
tum Martinum [v], ipsa requisitio oratorum regis Poloniae quod  
approbarentur decisa in materia fidei a Martino testatur, ut  
patet in sessione ultima 13 Et Basileenses multum insteterunt  
apud Eugenium IV ut decreta Basileensis Concilii approbaret,  
et numquam obtinuerunt, ut dominus Joannes de Turrecremata  
refert ", et in gestis Basileensis Concilii apparet.

197 Amplius: auctoritas Ecclesiae determinativa de his quae  
sunt fidei, principaliter residet in Summo Pontifice, et non solum

<sup>1</sup> S. THOMAS, *Contra Impugnantes Dei cultum et religionem* c. 4, cd. Man-  
donnet IV, 56.

« XLV nempe (22 aprilis 1418); MSI XXVII, 1202.

<sup>3</sup> IOANNES DE TURRECREMATA, *Summa de Ecclesia*, II, c. 100; Roc. XП  
430. Ibid. III, c. 34; ROC. ib., 521.

principaliter, sed finaliter, ita quod ad ipsum spectat finalis de fide  
determinatio, nec exspectat Concilium, sed Concilii sententia a Pa-  
pa confirmatur, et a Concilio ad Papam appellatur, ut Sanctus  
Thomas in allatis locis ex **Ia 11ae** et quaest. De potentia  
1 U2, Dei et Contra errores Graecorum docet \*. Ergo a **fortiori**  
6, Is6 ad **Papam principaliter et finaliter spectat ce-**  
**tera statuere**, et frustra a Concilio ad eum appellaretur,  
nisi iustitiam posset supra Concilium ministrare.

198 Amplius : consuetudo Ecclesiae habet et habuit ut Papa,  
in omnibus quae non sunt de iure naturae aut  
divino, possit non solum dispensare, sed mutare iura:  
non ergo ipse a Concilio in interpretando dependet, sed e  
converso. Et ex hoc patet quod cap. *Frequens*, in Concilio  
Constantiensi decretum \ nisi Apostolica auctoritate firmatum  
sit, non habet certam vim obligativam, quoniam in sessione  
XXXIX ante electum Martinum factum est 2.

<sup>1</sup> De cuius tenore, cf. infra n. 237.

<sup>2</sup> Cf. DTC. art. *Constance (Concile de)*. III, P. I col. 1212-3 (sessio XXXIX  
est a die 9 oct. 1417, dum Marlinus V electus est die 1 Γηov. eiusdem anni). —  
De cetero, decretum istud, quia non est « in materiis fidei » non cadit sub ap-  
probatione actorum Concilii a Martino V facta, cuius A. supra n. 99 meminit, cf.  
DTC, ib., 1223.

### Caput XIII

*Quod potestas applicatiua ecclesiasticae potestatis ad personam non est in Ecclesia secluso Papa, nisi in casu.*

199 De auctoritate autem applicativa papatus et aliarum ecclesiasticarum potestatum ad hanc personam vel illam, sciendum est quod potestas ista regulariter et principaliter est in Papa, et non, nisi in casu, in Concilio seu Ecclesia.

200 Et in Papa quidem esse potestatem hanc quoad applicationem potestatum inferiorum papatu, patet tum ex gestis Apostolorum, dum singulos episcopos per loca instituebant, tum Ecclesiae consuetudine, quae quotidie a Papa faciente suscipit absque conscientiae scrupulo, tum ex ratione officii sui : ad eundem namque spectat plena potestas supremi regiminis et assumptio illorum in partem sollicitudinis, ut patet Ex. xviii, [21.25], ubi Moyses dux populi ex consilio Ielthro elegit et « constituit principes populi et milles et centuriones et decanos. »

201 Quoad applicationem vero papatus, et ex gestis beati Petri Apostoli, cum instituit Clementem Papam, ut habetur VIII, q. 1, Si *Petrus*, ex auctoritate Ioannis III, qui sedit anno Domini 600 tempore Iustini Imperatoris \ et ex continua observatione liquet : Papa namque instituit ad quos spectet electio, et mutat et limitat sic actum electionis, ut opposito modo sit irritus.

1 c. 1, C. VIII, q. 1.

202 In Ecclesia autem seu Concilio non esse hanc auctoritatem secluso Papa, ex hoc patet quod tota Ecclesia non potest auctoritative mutare legem factam a Papa, puta quod electio non spectet ad Cardinales veros et indubitatos, quod electus a minus quam duabus partibus Cardinalium sit Papa, et quod electio spectaret ad tales et tot praelatos, et non ad hos qui vocantur Cardinales, quia eiusdem est destituere cuius auctoritative est constituere in his quae sunt iuris positivi, quale est quod electio spectet magis ad presbyteros “ et diaconos talium ecclesiarum Romae, qui vocantur Cardinales, quam ad canonicos Lateranenses et Sancti Petri, magis ad episcopos Ostiensem, Sabiensem, Penestrinum, Tusculanum, Albanensem et Portuensem quam ad alios episcopos. Hoc enim nec a divino nec a naturali iure esse constat. Si enim potestas ipsa applicativa esset in Ecclesia secluso Papa, posset Ecclesia mutare statuta Papae circa applicationem huiusmodi.

203 Unde secundum veritatem Concilium, secluso Papa, quia nihil potest nisi quod per singulas potestates in eo contentas potest, nec unum quidem et illum minimum potest constituere episcopum, si illi praelati ad quos spectat illum constituere defuerint ; Papa autem potest et eligere et constituere episcopos ubique terrarum sua sola auctoritate, quae non sua, sed illius est « qui graditur in multitudine fortitudinis suae »

204 In casu autem permissionis, puta, quia Papa nihil statuit in oppositum, et ambiguitatis, quia nescitur

» Sic ed. C. ; ed. R. : Praebilero».

si aliquis est verus Cardinalis et similium eventuum, mortuo vel incerto Papa, ut tempore magni schismatis inchoati sub Urbano VI contigisse videtur, in **Ecclesia Dei esse potestatem applicativam papatus ad personam**, servatis debitis requisitionibus, ne perplexa sit, **asserendum est**. Et tunc **perviam devolutionis** ad universalem Ecclesiam potestas haec devenire videtur, tamquam non existentibus electoribus determinatis a Papa ad repraesentandum illam in hoc actu pro bono ipsius Ecclesiae. Iam enim ostensum est quod Ecclesiae cura, non sibimet ipsi, sed Petro a Christo commissa est \* et propterea determinatio Petri, ad exercendum electionis actum nomine Ecclesiae, praevalet tam determinationi quam actui ipsius Ecclesiae, cuius nomine, non auctoritate fit.

n. 194

205

267 iq.

**Quid autem de potestate depositiva sentiendum sit**, inferius tractabitur, Domino concedente \* Hæc autem dicta sunt, ut pateat Concilium, secluso Papa, nec regulativam usus papalis potestatis, nec legum conditivam et interpretativam, nec applicativam omnis potestatis ecclesiasticae ad personam potestatem auctoritative habere, sed omnia mendicare a Papa ipsum oportet.

205

• n. 103

Et per hæc etiam satis clarum restat quod **Concilium non habet papalem potestatem suppletive**. Et si contra hæc asserantur gesta in Concilio Constantiensi, iam dictum est \* quod, propter incertitudinem Papae et electorum in his quae electionis actus exigebat, admitti potest congregatio illa post unionem trium obedientiarum. Verumtamen perfectum ac indubitatum Concilium, absque vero et indubitato Papa, et uno eorum contradicente, esse non potuit, propter quod illius acta non nisi sub Martino V authentica sunt, sub quo nihil gestum est a Concilio sicut prius.

## Caput XIV

*In quo solüuntur rationes contra Papam, quod Ecclesia sil totum et auctoritas eius maior in sex.*

Quod vero dicitur quod comparare Ecclesiam Papae est comparare totum parti integrali \* de potestatibus ecclesiasticis loquendo, quia de his est sermo, facillimum est solvere, immo sophisticum monstrare, nam sophisma est.

208

Nam sicut unitas est pars numeri et senarius numerus est maior unitate quam dualitate, **ita papatus**, qui est unica potestas ecclesiastica, **est pars totius numeri potestatis ecclesiasticae**. Et hoc modo potestas Ecclesiae est maior potestate Papae, sicut totum parte, et hoc est dicere quia sunt plures potestates quam potestas Papae, quod gratis conceditur. Sed ex hoc **non sequitur quod potestas Ecclesiae sit maior, i. e. plus possit quam Papa**, in quo sensu disputatur. Unde puerile est quod ex distinctione potestatis ecclesiasticae in papatum, cardinalatum, episcopatum etc., inferatur quod quaerere an Ecclesia sit maior Papa, est quaerere an totum sit maius parte integrali.

209

Quod etiam dicitur quod Ecclesiae auctoritas est maior auctoritate Papae in sex, falsum et erroneum est : quoniam si sumatur **Ecclesia** ut distincta contra Papam, **nullo modo est maior Papa, nisi amplitudine seu extensione numeri**, quia Papa est una potestas, illa multae.

210

Ex quo enim ostensum est quod papatus, secluso Papa, non est in Ecclesia nisi in potentia ministerialiter electiva, quia



scilicet potest Sede vacante Papam eligere per Cardinales, vel per seipsam in casu ; et papatus est potestas suprema ad quam spectat causas fidei determinare, et qui certus est, non eget amplius certificari, erroneum est dicere quod ultima decisio, non ad Papam, sed Concilium spectat, et tanto magis erroneum quanto de Concilio dicitur distincto contra Papam.

211 Et quoniam sola divina assistentia causa est inobliquabilis directionis et iudicii in Ecclesia, et haec adest Papae; et similiter papatus est potestas omnium aliarum potestatum coactivam vim habens, et omnem potestatem virtualiter continens, consequens est quod **a u c t o r i t a t i v e Ecclesia non est maior Papa**, sed e converso in ceteris quinque enumeratis cap. X \*

\* η. /62

212 Et sic patet quanta caecitate percussus fuerit iste Gerson, dicens quod luce clarius ex principiis theologiae deducta erat conclusio ista, quam monstravimus erroneam. Et rursus quam praesumptuosus fuerit appellando doctrinam sanctorum, annis mille quadringentis approbatam, pestiferam et perniciosissimam. Nec excusatur, nisi affectata forte ignorantia, ex declaratione Concilii Constantiensis in una tantum obedientia sub Ioanne XXIII, Papa dubio, profugo et reclamante, ut dicitur \

1 Cf. DTC. loc. cit., coi. 1205.

## Caput XV

*Opinio aliorum quod in Ecclesia, secluso Papa, est auctoritas congregandi generale Concilium.*

213 Et quoniam, inter singulares auctoritates Romani Pontificis, potestas congregandi generale Concilium computatur, et hanc aliqui putant aliis convenire posse, idcirco in hac quoque Concilium Papae comparandum specialiter est.

214 Est igitur nonnullorum opinio quod, quamvis regulariter congregatio Concilii spectet ad Papam, ut in cap. *Significasti, de elect.* <sup>1</sup> et D. XVII per totum in Decretis patet <sup>2</sup>, in casu tamen aliquo congregari generale Concilium potest, **Papa non consentiente ac etiam invito.**

215 Fundant hoc super illo principio, scii. : regulae generales patiuntur exceptiones, praesertim ubi casus particulares incidunt variabiles modis infinitis, quod probatur ex epicheia in V Ethic, et gnômè <sup>3</sup> in VI Ethic. <sup>4</sup>, virtutibus positus ab Aristotele ad has exceptiones. Ex his namque oportet dicere quod, quando observatio legis dissiparet unitatem quae est finis legis et obsesset reipublicae, non esset in ullo casu servanda; et propterea, si Papa requisitus nollet necessarium congregare Conci-

a Ed. R. et C. : gnomi.

<sup>1</sup> c. 4, X, de electione, <sup>2</sup> 6.

<sup>1</sup> Cf. *Decretum* GRATIANI, P. 1. D. XVII.

<sup>3</sup> ARISTOTELES, *Ethic.*, l. V, c. 14; Bekker, 1187 a 31 et »q. — Ibid. l. VI, c. II; Bekker, 1143 a 19 et »q. — Cf. IOAN. GERSON, *De auferibtlitate Dapae, Coniid. Iia*; cd. Ellie» du Pin, H. 215 B.

Hum, non est servanda pro tunc lex, quod ad ipsum spectat congregare, sed ipso invito congregari potest.

216 Explanat autem et dictus Ioannes Gerson tres in specie casus, in quibus congregatio generalis Concilii fit legitime sine Papa \ Primus est, dum desiit esse : quod tripliciter accidere potest, scilicet vel per mortem naturalem, vel per mortem civilem, ut si cadat in perpetuam maniam, aut si ad eum captivatum non pateat accessus, vel per mortem canonicam, puta depositionem. Secundus est, dum sufficienter requisitus Papa de convocando Concilium renuit contumaciter in perniciem Ecclesiae, praesertim si tangat ipsum. Tertius est, si Concilium, postquam a Papa est legitime congregatum, statuatur certum tempus et locum pro celebrando generali Concilio, puta intra quinquennium, vel de decennio in decennium, etiam ubi Papa renueret.

217 De auctoritate autem Concilii sine Papa, dicit quod fulcitur et utitur auctoritate : primo, Iesu Christi, indefectibilis capitis Ecclesiae ; secundo, legum suarum tam divinae quam naturalis, quae hanc licentiam vel necessitati, vel manifestae caritati, vel religiosae pietati concedunt, pro quo facit auctoritas Domini, Mc. III, \* [23], excusantis discipulos a violatione sabbati exemplo David propter necessitatem.

218 Sunt et alii duo casus positi a Felino in cap. *Super litteris*, coi. 10, in tit. *De rescriptis* et ab Alexandrino in XVH D., cap. *Synodum* . Primus est in casu quo Papa potest le-

a Ed. R. et C. : II.

1 IOAN. GERSON, *De polestale ecclesiastica*. Consid. 12 a; ib.t 249 A.

2 FELINUS SANDEUS († 1503), *Commentaria in Decretales*, c. 10, X, *de rescriptis*. 1, 3.

3 IOANNES ANTONIUS DE S. GEORGIO (Praepositus, rive Praepositus Alexandrinus) (f 50)). *Commentaria supsr Dcretam*. c. I, D. XVII.

gitime deponi, quia, ex quo Concilio contra Papam distincto inest potestas deponendi Papam, oportet quod possit seipsum dispersum congregare ut deponat ; alioquin, cum Papa deponendus nollet congregare Concilium, non posset deponi. Secundus est, cum dubia est electio facta de Papa; alioquin perplexa esset Ecclesia, dum nesciret se habere Papam, et non posset obviare. Et hoc modo consummata est congregatio Concilii Constantiensis, Benedicto Xiii nolente Concilium authenticare quantum sua intererat

<sup>4</sup> Cf. DTC,, loc. cit; coi. 1210.

## Caput XVI

*Quomodo iustificatur quod Concilium potest aut non potest sine Papa congregari.*

- 219 Ad evidentiam propositae ambiguitatis scire oportet quod, aliud est loqui de convocatione et congregatione personarum ex quibus constitui potest Concilium, et aliud est loqui de convocatione seu congregatione Concilii. Primum enim significat solummodo congregationem ad esse simul quoad locum, tempus, collationem mutuam et huiusmodi. Secundum autem significat congregationem ad auctoritative disponendum de universali Ecclesia.
- 220 Et si de primo fiat quaestio, dicendum est quod regulariter spectat ad Papam, sicut ad quemlibet principem spectat convocatio procerum regni sui; et, si ipso inscio huiusmodi convocatio fit, suspicio generatur coniurationis. Hoc tamen non sic spectat ad Papam quin in multis casibus possit et sine ipso et contra ipsum fieri. Et secundum hunc sensum verificare potest dictum aliquorum, quod Concilium potest congregari sine Papa et quod Papae potestas congregandi Concilium introducta est de iure positivo, ut in cap. ult., D. XVII Alexandrinus dixit \ pro quanto ad modum iuris positivi exceptiones patitur. Et vana est quaestio de potestate sic congregandi, quando sunt undecumque congregati Patres.
- 221 Sed si de secundo modo congregandi fiat quaestio, distinguendum est quod duplex est Concilium auctoritati-

\* IOANNES ANTONIUS DE S. GEORGIO (Alexandrinus). Comment, in *Dtcr.*, c. 6, D. XVII.

I  
I  
vum: quoddam perfectum simpliciter, quoddam perfectum secundum praesentem statum Ecclesiae. Vocatur Concilium **perfectum simpliciter** quod constat ex capite et membris, quod potest simpliciter statuere et ordinare universalem statum Ecclesiae. Vocatur Concilium perfectum **secundum praesentem statum**, quod constat ex membris possibilibus inveniri, Ecclesia in tali statu existente, et potest quoad aliquid tantum de universali Ecclesia se impedire.

222 Et utrumque horum, licet habeat latitudinem, quia Concilium perfectum simpliciter fit: **capite praesente per legatos**, et capite praesente **personaliter**, et hoc est perfectum in summo, de quo non est dubium quod errare in his quae sunt fidei non potest. Quando autem fit per legatos, cum adhuc supersit Papa, ad quem finalis determinatio eorum quae sunt fidei, et consequenter reliquarum causarum, spectat, et a quo sententia Concilii confirmatur, ut patet, ex dictis \* — si erraret in aliquo, ut de Concilio Basileensi patet, habet correctorem Papam, sicut et illud habuit et habet. Concilium quoque perfectum secundum praesentem statum Ecclesiae pluribus modis contingit, quia et existente uno Papa haeretico deponendo, et existentibus pluribus Pontificibus Summis dubiis, quale fuit Concilium Constantiense.

■.197

223 Licet, inquam, latitudo sit in utroque, quoad congregationem tamen sic se habent quod **Concilium perfectum simpliciter solus Papa potest congregare**, ita quod, nec mortuo, nec haeretico, nec quomodolibet aliter se habente Papa, potest Concilium perfectum simpliciter absque Papae consensu fieri, et si fiat, de facto nullius auctoritatis est.

224 Probatur hoc **primo** ex dictis, quia scilicet communitas Ecclesiae sine Papa non habet potestatem papalem, nisi in

l

- ♦ π. 210 potentia electiva, ut ostentum est \* **Concilium** autem perfectum simpliciter includit potestatem papalem in actu, ergo Concilium hoc non est perfectum simpliciter.
- 225 **Secundo**, quia si communitas Ecclesiae absque Papa constituerat Concilium perfectum simpliciter, cum ad tale Concilium spectat ordinare simpliciter universalem Ecclesiam et hoc sit proprium vicariatus vesu Christi ut patet, **sequitur quod communitas Ecclesiae esset vicarius Christi**, et sic Iesus Christus haberet in terris duos vicarios suos, et **Papa non esset vicarius Iesu Christi immediate, sed esset vicarius vicarii**, puta Concilii acephali, in terris, quod non solum est erroneum, sed falsum.
- 226 **Tertio**, quia cum solus Papa ex cura universalis Ecclesiae habeat potestatem determinandi de fide, ordinandi symbolum et congregandi Concilium, ut in quaest. praedicta \* S. Thomas probat ex ratione unitatis fidei \ **sicut cura universalis Ecclesiae ex iure divino convenit soli Papae, ita haec spectantia immediate ad ipsam curam universalis Ecclesiae.**
- η. 178
- 227 Et confirmatur haec ratio ex doctrina eiusdem S. Thomae in Ia IIae, q. 100, a. 8: quia scilicet ea quae sunt de iure divino determinata ab ipso Deo non solum in communi ratione iustitiae, sed etiam quantum ad determinationem ad singulares actus, non sunt dispensabilia a praelatis Ecclesiae, sed a solo Deo: verbi gratia, quia a Deo prohibita est simplex fornicatio, quod est coniungi non suae, non potest fieri ab Ecclesiae quod coniunctio cum hac non sua sit quandoque licita, sed solus Deus hoc potest. Sed Deus in solo Petro et successoribus posuit curam universalis Ecclesiae, et non reliquit ipsi

1 S. THOMAS, *Summa theologiae*, II IIae, q. 1, a. 10,

- Ecclesiae curam sui ipsius, et ad curam universalis Ecclesiae spectat Concilii congregatio et celebratio, patet ex eius officio principali. Ergo solus Deus potest in hoc dispensare.
- 228 **Nec habet locum in hoc epicheia aut gnome**, quoniam expresse in V Ethic, dicitur quod est directio iustitiae legalis, quod nos ius positivum vocamus: quod, quia ab homine est non potente praevidere et providere singulis eventibus, defectibile est in casu, et tunc gnome in intellectu practico et epicheia in voluntate supplent, non interpretando ambigua, sed manifesta spectando et eligendo, ut S. Thomas in Ia IIae, q. 120, a. 1, ad 3 aperit. Non est ergo regula haec ut morales, grammaticales, civitales aut canonicae, sed divini iuris a quo excepti nequit. Et sic intelligenda sunt quae dicuntur in D. XVII, et propterea dixit S. Thomas quod sancti Patres nihil possunt in Conciliis congregati statuere nisi auctoritate Romani Pontificis interveniente \* 6.
- 214
- 229 **Concilium perfectum secundum praesentem Ecclesiae statum potest congregari sine Papa et eo invito**, si requisitus non vult ipse illud congregare, sed non habet potestatem ad ordinandam universalem Ecclesiam, sed ad providendum illi casui tunc occurrenti. Et licet casus humani variables sint infinitis modis: puta, si contingeret mori omnes electores Papae, si contingeret tale quid quod electores non possent eligere sine convocatione Concilii ad reprimendum, discernendum vel pacificandum etc. omissis his et similibus, **duos tantum cer-**

1 Aristoteles, *ethica Nicom.*, V, 14; Bekker, 1137 b 13-4.

2 S. THOMAS, *Contra impugnantes Dei cultum et religionem* c. 4; ed. Mandonnel, IV, 56.

tos casus, et qui fuerunt quandoque et possunt esse, assero, in quibus **Concilium tale congregandum est.**

230 **Primus est, si Papa propter haeresim est deponendus:** tunc enim, ex quo requisitus renuit, possunt Cardinales, potest Imperator, possunt praelati congregationem universalem facere, in qua erit non universalis cura Ecclesiae, sed tantum depositiva potestas Papae, et electio ad solos Cardinales, ad quos de iure spectat, pertinebit. Probabitur hoc cum de depositione Papae inferius agetur.

231 **Secundus est, quando Papa unus vel plures incerta electione laborant,** ut contingisse videtur in magno schismate Urbani VI et aliorum. Tunc enim, ne perplexa sit Ecclesia, illa membra Ecclesiae quae inveniuntur, potestatem habent iudicandi verum, si potest sciri, et, si sciri nequit, providendi quod electores in unum eorum vel alium conveniant; et si certi electores nescirentur, cum electio ad Ecclesiam devoluta sit ex ipso electorum defectu, Concilium sic imperfectum eliget, ut in Concilio Constantiensi factum videtur in electione Martini V.

332 **In aliis autem recitatis casibus \* nulla necessi-**  
π 2/6 **tas apparet talis Concilii.** Nam, si non sanae est mentis perpetuo, et hoc constat, alius eligi a Cardinalibus potest, quoniam mortuus est Papa vita rationali, non solum in actu, ut dormiens aut ebrius, aut phreneticus, sed in potentia naturali. Constat autem quod Papa eligitur in pastorem Ecclesiae secundum vitam rationalem, et propterea « non est trepidandum timore, ubi non est timor \ » Et si dubium esset de sanitate recuperanda, expectandum est, sicut in diuturnis aegritudinibus.



233 Posset quoque propter dubios eventus statuto Pontificis obviari huic casui, scii, si ‘ statueretur quod Papa insanus factus tanto tempore exspectetur, et si, post, nullum vestigium sanitatis recuperandae appareat, et a collegio medicorum iudicatus incurabilis fuerit, censeatur mortuus, et Apostolicam Sedem vacare. Ex quo namque quilibet sub ista lege pontificatum acceptaret et eam non revocaret, tacito consensu renuntiare, aut depositionem acceptare se profiteretur adveniente tali casu, et sic, si post electum alium Pontificem sanus fieret, papatum repetere non posset, a quo semel rite cecidisset.

234 Ex eo autem quod Papa captus esset et non pateret accessus ad eum, alter non esset creandus. « Petrus » namque « servabatur in carcere » nullo patente accessu, ut patet ex Actibus Apost. et tamen non est electus alter, sed oratio facta « sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo » ipsum liberavit. Numquid abbreviata est manus Domini, aut statuendus est terminus Domino intra quem debeat liberare Papam, ut fecit Ozias cum illis de Bethulia, et reprehensi a Iudith sunt dicente : < Posuistis vos tempus miserationis Domini et in arbitrium vestrum diem constituistis ei 2 »», ut patet ex Iudith vil et VIII.

235 Posset tamen in hoc et in praecedenti casu pontificio statuto provideri quod a Cardinalibus eligeretur unus, qui vices Pontificis in omnibus et per omnia, illo fatuo aut isto incarcerate durante, obtineret. Et tunc ille electus posset omnia facere in utroque foro, sicut modo potest summus Poenitentiarius in foro conscientiae absolvere auctoritate iuris mortuo Pontifice, vel fatuo, vel detento.

■ Sic ed. C. ; ed. R. om. : ii.

1 Act. XII, 5.

» Iud. VIII. 13.

236 In casu autem quo **Papa**, haereticus certus et indubitatus, **renuit requisitus congregare Concilium** et statutum esset Concilii generalis cum omnibus clausulis derogatoriis, ut Constantienses coeperunt et Basileenses apposuerunt, nescio ad quid congregatio ista fieret, cum nihil posset facere quod renitens **Papa** non posset irritare. Pro erronea ergo habenda est omnis opinio dicens Concilium perfectum, i. e. habens auctoritatem disponendi et statuendi simpliciter de universali Ecclesia, posse absque Romani Pontificis auctoritate celebrari seu congregari, quia derogat singulari privilegio potestatis papalis concessio sibi a Christo immediate, ut patet ex dictis.

237 **Dicentibus** autem quod, quia Concilium Constantiense in sessione XXXIX et, post, Basileense in sessione XI constituit cap. *Frequens* I, ideo, etiam invito Pontifice, **de decennio in decennium potest celebrari Concilium etiam perfectum propter auctoritatem statuti**, respondendum est quod sunt in magno errore, et quod, in veritate, schismati operam dant tales et tamquam schismatici puniri possunt, si sic exsequerentur, quoniam rebelles sunt Romano Pontifici qui est supra totum ius positivum, et constat quod determinatio temporis et loci Concilii de iure est positivo. Et si doctores aliqui inveniuntur sentientes quod, quia tempus interpellat et auctoritas devolvitur ad alios et huiusmodi, aut sunt sectatores illius erroris quod Concilium est supra Papam, aut loquuntur stante statuto in robore, ita quod **Papa** non tollat, aut interpretetur, aut dispenset, aut prohibeat.

23§ Quoad negationem vero **consensus requisiti Papae ad congregandum Concilium**, quia tantum ponderatur, sciendum est quod oportet hic discretionem uti. Nam si

i MSI. XXVII. 1159; XXIX, 54. Vide etiam DTC.. a.,. *Constance (Concile de)*, 111, P. I. coi. 1212, et ib . art. *Basile (Concile de)*, ||, p. | cd )2()

requiritur a vins probis, quos praetenta et perseverans vitae ac morum integritas commendat et subest causa Concilii, puta haeresis vel schisma, debet Papa annuere; et numquam credo quod fuerit Papa qui negaverit, sic rebus se habentibus. Si autem requiritur a viris qui volunt alligare onera alus et digito suo nolunt movere ea, qui priscorum Conciliorum statuta non servant, ambitiosis, insatiabilibus, suarum passionum sectatoribus et huiusmodi pro reformatione Ecclesiae, nonne responsio Christi convenit: « Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui | ? » Praesertim quod melius potest Papa solus reformare Ecclesiam, inchoando sponte a seipso et suis quam per Concilium: oportet enim primo servare quae scripta sunt et deinde alia scribere statuta.

239 **Sufficiens quoque est causa negandi consensum Concilio probabilis timor usurpandae auctoritatis a Concilio supra Papam, ut Basileenses mox ostenderunt bis, scii, cum primum inchoatum est Concilium sessione II, et cum iterum redintegratum fuit ab Eugenio [iv], sessione XVIII “.** Finis enim Concilii est pax, quae per istam usurpationem perturbatur, ut experientia rerum magistra testatur.

240 Ex his igitur patet quod inter extremas opiniones de congregatione et celebratione Concilii absque Papae consensu, **media via sola vera est, quam declaravimus, scii, quod Concilium perfectum simpliciter, numquam, perfectum vero Concilium secundum praesentem Ecclesiae statum, quandoque, sine Papa et contra ipsum congregari et celebrari potest. Et secundum hanc distinctionem potest diversa, si vis, dicta doctorum salvare.**

« Matih. VII. 52.

2 De utraque sessione cf. DIC, art. *Bale (Concile de)*, loc. cit., col. 110 et 121. Interim Eugcnus IV invitus Concilium agnovit ib. col. 120.

## Caput XVII

*In quo incipit comparatio potestatis Ecclesiae et Papae in casu haeresis. Et primo de modo quo Papa propter crimen haeresis subiicitur Concilio secundum unam opinionem.*

241 Post coliatam potestatem Papae cum auctoritate Ecclesiae et Concilii generalis simpliciter et absolute, et manifestationem superioritatis Papae supra Ecclesiam universalem et Concilium universale, consequenter **comparanda est auctoritas Concilii ad Papam in casibus**. Et primo **in casu haeresis**, deinde in casu incorrigibilitatis et aliis casibus ;\* et demum in eventibus \*

\* cap. XXIV  
\* cap. XXVIII

242 Et quoniam innata est nobis via ex certioribus nobis in minus certa, supponamus cum doctoribus et communi animi conceptione ex cap. *Si Papa*, D. XL quod Papa propter crimen haeresis potest deponi a Concilio generali, et **investigemus modum depositionis et potestatem depositivam**, ut sic nosse possimus, an Papa in aliquo casu sit subditus Concilio seu Ecclesiae universali.

243 De modo quo Papa propter crimen haeresis deponitur, varia est opinio 1. Quidam dicunt quod hoc fit **propter defectum subiecti**. Subiectum namque papatus dicunt esse **hominem fidelem**, ac per hoc, sicut deficiente vita corporali per mortem, desinit subiec-

1 c. 6. D. XL.

2 Cf. IOAN. GERSON, *De auferibilitate Papae ab Ecclesia*, consid. 16a ; ed. Ellies du Pin, Π, 219 D — 220 A.

tum papatus, ita deficiente fide in illo homine, qui est Papa, per haeresim, desinit subiectum papatus.

244 **Fundatur haec opinio super hoc quod fides constituit viatorem** in hoc quod est esse membrum Ecclesiae Christi. Huic enim adiuncta alia propositione, scii, quod negatio prioris inducit negationem posterioris in essentialiter ordinatis ordine causae formalis (quae patet inductive : si enim non est animal, non est homo, et si non est color, non est albedo, et sic de aliis) subiungunt : sed esse membrum et esse caput sunt sic essentialiter ordinata quod esse membrum est prius quam esse caput, ut patet, quia caput oportet esse membrum, sed non e converso ; quod igitur non est membrum non est caput. Et sic homo carens fide, qualis est haereticus, non est membrum Ecclesiae, igitur non est caput eiusdem. Ac per hoc, cum Papa nihil aliud sit quam caput Ecclesiae, eo ipso quo fit sine fide, fit non Papa.

245 Et hoc est quod sub aliis verbis ab aliis dicitur, **quod cum Papa fit haereticus, ipso facto iure divino** quo fit distinctio fidelium ab infidelibus, est **privatus papa tu**. Et quando per Ecclesiam propterea deponitur, non iudicatur neque deponitur Papa, sed qui iam iudicatus est, quia non credit, secundum verbum Domini Ioan. Ill, [18], et qui iam depositus est, dum propria voluntate translatus est extra corpus Ecclesiae factus infidelis, declaratur iudicatus et depositus.

246 Primam autem propositionem radicem buius opinionis, quæ sola negari in hac ratione potest, fundant super auctoritatibus plurimis, quibusdam directe ex ratione fidei et Ecclesiae, quibusdam ex consequentibus ad esse extra fidem et Ecclesiam id testantibus.

247 **Ex ratione fidei**, quattuor afferuntur auctoritates. Prima Salvatoris, Matth. XVI, [18]: « Super hanc petram aedi-

ficabo Ecclesiam » : sive enim per petram intelligatur Christus, sive Petrus, sive confessio fidei, in idem redit quoad fidei rationem, ipsa enim semper invenitur fundare Ecclesiam. Secunda est Habacuc " II, [4] et Apostoli ad Rom. I, [17], et Hebr. X, [38] : « Justus ex fide vivit. » Sicut autem vivere viventibus est esse in naturalibus, ita in Ecclesia vivere est esse in ea ; bene vivere autem est per caritatem. Tertia est Apostoli ad Hebr. XI, [1] : « Fides est sperandarum substantia rerum ». Substantia enim primum locum tenet. Quarta est S. Thomae in III Sent., D. 13, q. 2, a. 2, qa. 3 b expresse dicentis quod : « Homines infideles non pertinent ad unionem corporis Ecclesiae, secundum quod est unum simpliciter ; et ideo respectu horum Christus non est caput nisi in potentia, secundum quod sunt unibiles corpori ». **Ex ratione Ecclesiae**, affertur definitio Ecclesiae, scii, quod est collectio fidelium, *De cons.*, D. I, cap. *Ecclesia* :

248        **Ex consequentibus vero ad esse extra fidem et Ecclesiam**, multae afferri possunt auctoritates, dicentes ad statum extra fidem et Ecclesiam consequi : extra communionem fidelium, sine clavibus, sine potestate, sine honore, sine officio pascendi, oves fieri et esse.

249        **Procul a communione fidelium** haereticos faciunt : imprimis Dominus Num. XVI, [26] : « Recedite, inquit, a tabernaculis impiorum », Dathan scilicet et Abiron, schismaticorum : constat enim omnes haereticos esse schismaticos. Deinde Paulus ad Gal. 1, [2] : « Si angelus de coelo evangelizaret vobis praeter

• ed. R. : Abachuc.; ed. C/. Abacuck.

h ed. R. et c. : q. II (loco: III) cf. S. Thomas, 1<sup>o</sup> Sent. d. 13, q. 2. a. 2 qa. 3, sol. 2 ; ed. Moos. n. 103.

1 c. 8, D. I, *de con.*.

id quod evangelizavimus vobis, anathema sit. » Et 2 ad Thess. III, [6] : « Rogamus vos, iratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum doctrinam quam acceperunt » ; et 2 ad Cor. VI, [14] : « Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate ? Aut quae societas lucis ad tenebras ? Quae autem conventio Christi ad Belial ? Aut quae pars fidelis cum infideli ? » Demum Iohannes Evangelista 2 Ioan. I, [11] : « Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum ; nec **Ave** ei dixeritis. »

250 **A**missionem clavium Ambrosius in Pastoralibus, et habetur *de poenitentia*, D. I, cap. *Verbum* \* explicat : « Dominus par ius et solvendi esse voluit et ligandi » ; et subdit : « Certum est quod Ecclesiae utrumque licet, haeresis utrumque non habet. »

251 **H**onoris vero et potestatis perditionem Cyprianus promulguât, ut habetur *vil*, q. I, cap. *Noüatianus* : « Qui nec unitatem spiritus nec communionem pacis observat, et se ab Ecclesiae vinculo atque sacerdotum collegio separat, nec episcopi potestatem potest habere nec honorem » Et XXIV, q. 1, cap. *Didicimus* dicit : « Omnes omnino haereticos et schismaticos nihil habere potestatis et iuris<sup>3</sup> ». Ad idem est Gelasius ibidem in cap. *Achatius* <sup>1</sup> '. Ad idem est expresse S. Thomas in *IIa IIae*, q. 39, a. 3 volens quod potestas spiritua-

» ed. R. et C. Agalhiu».

<sup>1</sup> c. 51, D. 1, *de poenitentia*.

<sup>2</sup> c. 6, C. VII, q. I.

<sup>3</sup> c. 31, C. XXIV, q. I.

« c. 1, C. XXIV, q. I.

lis iurisdictionis non manet in haereticis nec quoad usum nec quoad substantiam, ita quod si quid fecerint, nihil est actum.

252 **Officium pascendi oves** adimit Augustinus in sermone De pastoribus tractans illud Cant, 1, [7] " : « Pasce haedos tuos », et dicens : « Manenti Petro dicitur : Pasce oves meas », exeunti haeretico : « Pasce haedos tuos ' . » Et hanc sententiam repetit in epistula ad Vincentium 2.

253 Ex his omnibus clare patet radicalis illa propositio quod fides facit membrum Ecclesiae. Si enim, secluso iure positivo, ut loquimur, cum perditione fidei remanerent membra in locis suis, non esset eis subtracta communio, non honor, non potestas, non officium, ut de se patet. Immo **subtractio sola potestatis sufficit ad propositum**, quia Papa sola potestate iurisdictionis constituitur.

254 **Confirmaturque haec positio ex eo quod Papa haereticus est excommunicatus**, ut patet ex Glossa in cap. *Achatius*<sup>b</sup>, c. 1, dicente : « Hic est casus in quo Papa Papam ligare potest, in quo Papa in canonem latae sententiae incidit » Nec huic obstat illa regula, quod par parem solvere vel ligare non potest, quia, si Papa est haereticus, est **minor quolibet catholico**, ut habetur XII, q. 1, cap. *Scimus* Hoc idem Hugo dicit in cap. *Inferior*, D. XX<sup>1</sup> . Est etiam **accusandus**, adeo ut Glossa

a ed. R.: Canticor. II.

b ed. R. et C.: Agathius.

1 S. Augustinus. Sermo 46, XV. 37 ; PL 38, 292.

z S. Augustinus. *Epist.* 93, IX, 29 ; PL 33. 336.

3 IOAN., *Glossa* in c. I. C. XXIV, q. I, coi. 1828.

< C. 9. C. XII. q. 1.

5 HUGOCCIUS (Hugo), *Summa in Decretum Gratiani*, in c. 4, Γ). XXI \* cf.

IV, 194.



in cap. *Si Papa*, D. XL, dicat quod Papa non potest statuere quod non possit Papa accusari de haeresi \* Est etiam iudicandus, ut in dicto cap. *Si Papa* habetur. Quae omnia arguunt haeticum non esse Papam, sed minorem.

255 Et ad hoc est S. Thomas in IV [Sent.], D. XIX, q. 2, a. 2, qa. 3, ad I : tractans illud ad Gal. II, [11] quomodo Paulus resistit in faciem Petro, dicit quod non debent praelati a subditis coram multitudine corripri, nisi immineret periculum fidei. Tunc enim praelatus minor fieret, si in infidelitatem laberetur, et subditus fidelis maior. Constat enim quod non de maiori-  
tate et minoritate charitatis loquitur, quia hoc est commune omni peccato mortali, sed potestatis, qua a praelatus praeest subdito. Ergo ut prius.

256 Ex his autem infertur quod in utroque modo quo certus Papa vivens desinit esse Papa, eadem est causa desitionis, scii, propria voluntas illius qui est Papa. Nam renuntiando propria voluntate, abdicat a se esse caput Ecclesiae ; haeresim autem amplectendo, propria voluntate aufert a se esse membrum Ecclesiae, et consequenter esse caput. Et sic ex nullo certo modo desitionis Papae viventis habetur quod Papa invitus deponitur, propter quod remanere dicunt inconcussum, quod Papa manens Papa non habet superiorem in terris potestatem.

a Sic ed. C. ; cd. R. : quia.

† 10AN., *Glossa* in c. 6, D. XL, col. 260,

## Caput XVIII

*De modo quo Papa haereticus subicitur Concilio secundum aliam opinionem.*

- 257 Quamvis autem dicta positio illustrium sit virorum, et communis videatur esse, non placet tamen omnibus. Contradiciunt namque duobus, ponentes duas propositiones. Prima est quod Papa haereticus non est ipso facto depositus, sed deponendus. Secunda est, quod Papa haereticus manens Papa habet superiorem iudicem in terris Concilium universale.
- 258 Primam propositionem, licet multipliciter probent, quatuor tamen solum afferentur, quia in his consistit vis. Primo, ex facto Marcellini et Glossa D. XXI, cap. *Nunc autem*, qui idolâtra non fuit depositus, et fuit sanctus <sup>1</sup>. Et Glossa affert Hugonem dicentem: «Quia paratus erat corrigi, non deponitur, ut XXIV q. 3 dicit Apostolus <sup>2</sup>. »
- 259 Secundo, ex cap. *Audioimus*, XXIV, q. 1 ubi dicitur de episcopo haeretico: « Si autem in corde suo novam haeresim confinxit ex quo talia praedicare coepit, neminem damnare potuit <sup>3</sup>. » Ante igitur quam praedicaret haeresim, damnare potuit, et sic non erat depositus ipso facto.
- 260 Tertio, quia alii praelati non sunt ipso facto privati, sed perseveraverunt in praelationibus suis redeuntes ad poenitentiam.

<sup>1</sup> IOAN., *Glossa* in c. 7, D. XXI, coi. 127.

» C. XXIV, q. 3. prol., citant: I Cor. V. II.

<sup>3</sup> C. 4, C XXIV. q. 1.

Ergo nec Papa, cum non sit deterioris conditionis. Assumptum patet I, q. 7, *Maximum*, II, q. 1 (sic), cap. *Quotquot* 1.

261 Quarto, quia, ut patet Extravag., *de haereticis, Cum ex iniuncto* 13 ad eundem pertinet institutio et destitutio. Sed institutio Papae perlinet ad electores ; ergo et destitutio. Absque ergo iudicio electorum non destituitur Papa.

Secundam autem propositionem, quod Papa haereticus manens Papa habet iudicem in terris universalem Ecclesiam, probant quoad primam partem sic. Papa haereticus est accusandus et iudicandus secundum omnes, ut habetur D. XL, *Si <Papa* 1, et non est ipso facto depositus, ut probatum est. Ergo habet iudicem coram quo accusetur et a quo iudicetur. Quoad secundam, ex eo quod Ecclesia universalis seu universale Concilium est supra Papam in hoc casu, ut communiter tenetur.

1 c. 19, C. I, q. 7; C. II, q. I. passim (textus hic est confusus).

1 c. 12, X, *de haereticis*, V, 7.

3 c. 6, D. XL.

## Caput XIX

*Examen illius propositionis : 'Papa haereticus est ipso facto privatus papatu.'*

- 263 Praemissis duobus modis dicendi contrariis quomodo Papa haereticus desinit esse Papa, examinanda primo occurrit illa propositio quae est fundamentum primi modi, an sit vera. Et breviter facile ostenditur quod est falsa simpliciter, quamvis forte, tracta ad aliquem sensum, sit vera.
- 264 Monstratur igitur quod nec iure divino nec humano **Papa haereticus est ipso facto privatus tali ratione.** Alii episcopi, si fiunt haeretici, non sunt ipso facto privati iure divino aut humano, ergo nec Papa. Sequela patet : quia Papa non est deterioris conditionis quam alii episcopi. Assumptum probatur sic : episcopus discredens contra fidem solo actu interiori, est vere, proprie et perfecte haereticus, et non est privatus potestate iurisdictionis ipso facto; ergo perfecte haereticus episcopus non est privatus ipso facto.
- 265 In hoc processu sunt duae propositiones. Prima, quod solo **actu interiori constituatur perfecte haereticus.** Et haec est manifesta per se : quia haeresis est peccatum mortale oppositum fidei, quae perfecte consistit in solo actu interiori, cuius effectus est confessio exterior, iuxta illud ad Rom. X, [10]: «Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.»
- 266 Secunda autem probatur : quia potestas iurisdictionis inest huic homini qui est episcopus, ex simplici commissione hominis,

ut S. Thomas expresse elicit in *Haellae*, q. 39, a. 5. Ex hoc enim deducitur intentum sic: **episcopus haereticus solo actu interiori, nullo hominis iudicio subditus** ex hoc est, quia solius Dei est indicare de interioribus puris, iuxta illud *I Reg. XVI*, [7]: « Homo videt quae foris sunt, Deus autem intuetur cor ». Et *I ad Cor. IV*, [5], Apostolus dicit: « Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. » Propter quod talis haereticus non est excommunicatus; non enim potest Ecclesia excommunicare quod non potest iudicare. Ergo multo minus est privatus iurisdictionis potestate, quae est ab hominis commissione; utrumque enim est humani iudicii, committere scilicet, et auferre illam. Et dixi: multo minus, quia plus exigitur ad incurrendam privationem ipso facto quam ad incurrendam excommunicationem, quoniam incursus censurarum non requirit declarationem, sicut incursus privationis, apud iuristas.

267        **Ad hanc rationem non video responsionem, nisi dicatur quod potestas iurisdictionis non est ab homine, quod est primo contra S. Thomam. Est secundo contra sententiam omnium doctorum catholicorum, sententium quod a Petro omnis iurdictio in totum residuum Ecclesiae corpus manavit et manat, iuxta illud Leonis [I] Papae, cap. *Illa Dominus*, D. XIX: « Ita Dominus huius muneris sacramentum ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso, quasi a quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet ». » Ad hoc idem sunt tot auctoritates et rationes, quot sunt ad ostendendam unitatem capitis et principis**

' c. 7, D. XIX.

in Ecclesia militante. Propterea nolo immorari, sed pro constanti supponere.

268 Et si dicatur quod non est par ratio de Papa et aliis episcopis in hoc casu, quia potestas iurisdictionis in aliis episcopis est ab homine, in Papa vero est a Deo immediate, et propterea merito accidit ut episcopi, quorum potestas est ab homine, non sint ipso facto privati, quia homo videt quae foris sunt; et Papa, cuius potestas est a solo Deo, sit ipso facto privatus, quia « Deus intuetur cor », haec opinio facile excluditur, **discernendo inter opus Dei et opus hominis.**

269 Quod enim in papatu sit potestas iurisdictionis, a Deo est immediate, iuxta illud Mtt. XVI, [19] : \* Quodcumque ligaveris super terram etc.» **Quod autem papatus ipse habens hanc potestatem sit in hoc homine, ab homine est, — sola Petri persona excepta, quem Deus ipse fecit Ioan. ult. [xxi, 17] : « Pasce oves meas », — nam ab homine eligitur hic homo ut in eo sit papatus. Et quoniam cum deponitur Papa, non aufertur potestas iurisdictionis a papatu, quod esset auferre opus Dei, quoniam, ut dicitur ad Rom. XI, [29] : « Sine poenitentia sunt dona Dei » ; sed aufertur potestas iurisdictionis ab hoc homine, in quo non fuit posita a Deo immediate, sed mediante iudicio humano — ideo eadem ratio est de **Papa et aliis episcopis quoad perditionem potestatis iurisdictionis a Deo, seu ture divino.** In utnsque enim a Deo cum sit mediante iudicio humano, consequens est quod non auferatur a Deo immediate, sed **mediante humano iudicio, ac per hoc non aufertur perid quod humano iudicio secun-****

dum se non subiacet, scii- occultam in solo corde haeresim.

270 Si quis autem haesitaret de illa altera propositione, scii, quod de haeresi interiori Ecclesia non se potest impedire, propterea quia doctores dicunt quod haeretici etiam occulti sunt excommunicati et quia in Clementina, *de haereticis*, cap. *Multorum* <sup>1</sup>, excommunicantur Inquisitores, qui odio vel amore omiserint procedere, ubi de interiori amore et odio Ecclesia iudicat, — facillime certior fieri potest quod haeretici ut sic, foro ecclesiastico subditi, quantumcumque occulti, sunt excommunicati, et non haeretici solo actu interiori.

271 Unde, si quis incidit in haeresim interius, et solus, secum loquendo verbo exteriori profert submississime illam haeresim, est excommunicatus, quamvis sit omnino occultus, quia actus exterioris locutionis subiacet humano iudicio secundum se, quamvis careat testibus. In Clementina autem illa et similibus non iudicantur actus interiores secundum se in sua puritate manentes, sed ut sunt causae exteriorum commissio- num aut omissionum: ad idem namque genus pertinet commissio et omissio, sicut affirmatio et negatio. Sermo autem noster est de haeretico interiori puro.

272 Et ex inadvertentia huius distinctionis, scii, de occulto per se et occulto per accidens, multi in re hac erraverunt: nec mirum, quia contingit in his quae sunt per accidens etiam sapientes falli, ut Aristoteles dixit <sup>2</sup>. Actus enim interiores puri sunt in genere occultorum per se, quia ex propria natura habent quod sint iudicio humano ignoti. Actus autem exteriores sunt de genere occultorum per accidens, quia ex pro-

<sup>1</sup> c. I, *de haereticis*, V, 3, in Clem.

<sup>2</sup> ARISTOTELES, *Metaph* III, 3; Bekker, 1005 b 13-4.

pria natura subsunt cognitioni humanae. Possunt namque sensibus percipi, sed, ex hoc quod fiunt sine teste, occulta sunt. Propter quod numquam, ut dictum est, ab Ecclesia actus interior purus, sed exteriori iunctus iudicatur. Unde, quia praesens ratio convincit intellectum meum, ideo concludo quod **illa propositio: Papa, cum sit haereticus, ipso facto est iure divino seu humano depositus, est falsa.**

273           **Confirmatur** autem sic esse ut dicimus, etiam ex ipsis contrarium sentientibus, quoniam dicunt quod **Papa, quamvis haereticus, si est paratus corrigi, non deponitur**, ut (Glossa in D. XXI, cap. *Nunc autem*) adducit Hugo 1. Si enim haereticus est ipso facto depositus iure divino a papatu, quomodo iterum fit Papa? Immo quomodo ex sola non depositione perseverat Papa? Immo quomodo non deponitur? Haec enim contradicunt positioni anteriori, scilicet, quod sit ipso facto iure divino depositus, ut patet.

274           Nec sufficienter dicitur quod, dum Ecclesia non deponit, reeligit: tum, quia falsum est quod non depositio sit reellectio, ut patet, tum quia electores, ad quos spectat, si peterentur si velint reeligere, dicerent quod non, aut quod vellent meditari super hoc. Sed non deponunt, quia ius videtur habere quod, si est paratus corrigi, non deponatur. Unde nihil ei tribuunt non deponendo, sed sustinent quod habet. Et si nihil habet, ut positio ista dixit, nihil sustinent decepti. Et si quis hoc eorum dictum suscipiat ut verum, quod **Papa factus haereticus, paratus postmodum corrigi, non deponitur**, sequitur manifeste quod **Papa manifestus haereticus non est ipso facto depositus**. Qui enim paratus corrigi, non deponitur, sequitur quod non erat prius depositus.

1 |OAN., (*gloua* in c. 7, D. XXI, col. 127.



## Caput XX

*Rationabilis sententia quod Papa factus haereticus subesi potestati ministeriali Ecclesiae, et non auctoritati super Papam.*

115 Praemissa certitudine trium, scii, quod Papa ex hoc quod factus est haereticus, non est ipso facto, divino aut humano iure, depositus, et quod Papa non habet superiorem in terris, et quod Papa, si a fide deviat, deponendus est, ut in cap. *Si Papa*, XL D. \ magna restat ambiguitas, quomodo et a quo iudicabitur Papa deponendus quod sit depositus, cum iudex, in quantum iudex, sit superior eo qui iudicatur. Unde Apostolus ad Rom. XIV, [4] : « Tu, inquit, quis es, qui iudicas alienum servum ? Domino suo stat aut cadit. » Et S. Thomas in *IIa IIae*, q. 67 determinat quod iudex non potest nisi subditum iudicare <sup>1</sup>, et in Decretis D. XXI, cap. *Inferior* <sup>2</sup> dicitur.

276 Si namque a Concilio universali iudicandus deponendusque est, statim sequitur quod Papa, manens Papa, habet Concilium universale supra se, saltem in casu haeresis. Si autem nec Concilium, nec Ecclesia est supra ipsum, statim sequitur quod Papa devius a fide sit iudicandus et deponendus, et tamen a nullo est iudicandus et deponendus, quod est ridiculum. Quid ergo dicemus, ut evitemus utrumque extremum ? Non est quo divertendum sit nisi ad medium, quod difficile

<sup>1</sup> c. 6. D. XL.

<sup>2</sup> S. THOMAS, *Summa Theologiae*, II\* H\*e. q. 67. a. 1.

<sup>3</sup> C. 4, D. XXI.

attingitur : in cuius attinctione consistit virtus, quod nullas consuevit solvere quaestiones.

277        Dicamus igitur quod sunt **duae viae extremae** et **ambae falsae**: altera est, quod **Papa** factus haereticus est ipso facto, divino iure, absque humano iudicio, depositus ; altera est quod **Papa**, manens **Papa**, habet supra se in terris superiorem potestatem, a qua potest deponi.

278        **Media autem via est adhuc duplex**: altera dicens quod **Papa**, licet absolute non habeat superiorem in terris, ipse tamen in **casu haeresis** habet superiorem in terris **Ecclesiam universalem**. Altera dicens quod **Papa** nec simpliciter nec in casu habeat superiorem in terris, sed subest potestati ministeriali universalis Ecclesiae quoad solam depositionem.

279        **Prima via** fundatur in virtute coactiva et iudicativa Ecclesiae super **Petrum Papam** in casu haeresis : oportet enim subditum esse qui iudicatur et cogi posse. Et haec est via communis quantum hactenus vidi.

280        **Contra tamen hanc viam est**: quia, cum **Papa** divino iure sit supra **Concilium** et **Ecclesiam**, ut ostensum est, oportet, si in aliquo casu est illi subditus, **ex divino iure sit facta exceptio ista**. Nullum enim aliud inferius ius potest exceptionem hanc facere, ut patet. In **divino autem iure non exprimitur subiectio**, sed **separatio**, cum casus haeresis excipitur, ut patet in singulis textibus sacrae Scripturae inductis : Num. xvi, [26] dicitur : « **Recedite** » ; ad Gal. 1, [8] : « **Anathema** » id est: separatum sit; 2 ad Thess. III, [6]: « **Subtrahatis vos** »; 2 ad Cor. VI, [7]: « **Nolite iugum ducere** »; 2 Ioan, n, [1]: « **Nolite recipere, nec e Ave dixeritis** »; ad Tit. III, (10): « **Devita.** » Et breviter nullibi invenio superiorem et inferiorem in casu haeresi

ex divino iure, sed separationem. **Constat** autem quod **separare se potest Ecclesia a Papa sola ministeriali potestate qua potest ipsum eligere.** Non igitur ex hoc quod divino iure sancitum est ut haereticus vitetur et procul sit ab Ecclesia, maiori potestate opus est quam ministerial! : ex quo ipsa sufficit et eam constat esse in Ecclesia.

281 Et confirmatur hoc : quia non est iuri divino tribuendum quod nec expressum est in eo, nec ex expressis necessario sequitur. Potestas autem supra Papam in casu haeresis proprie loquendo non habetur in divino iure, nec ex ipso necessario sequitur: ergo. Probatur minor : quod enim non habeatur, puto patere legenti. Dico autem : puto, quoniam imminens schisma opusculum hoc intra duos menses fieri impulit ex impro" viso. Quod vero non sequatur, patet ex eo quod, quia non oportet multiplicare entia sine necessitate, melius est unum principium quam plura facere. Ex quo igitur potestas ministerialis sufficit, alia opus non est.

282 Erit ergo media et vera via, quod **Papa factus haereticus et perseverans habet in terris potestatem non superiorem se, sed ministerialem ad sui depositionem.**

283 **Ad cuius evidentiam** altius ordiendo, tria praemittenda sunt: **primo, quod in Papa inveniuntur tria, scilicet: papatus, persona, quae est Papa, puta Petrus, et coniunctio utriusque, scii, papatus in Petro, ex qua coniunctione resultat Petrus Papa.**

284 **Secundo, quod discernendo et applicando proprias causas suis propriis effectibus invenimus, quod papatus est a Deo immediate, Petrus a patre suo, etc. coniunctio autem papatus in Petro, post Petrum primum a Christo immediate**

institutum, non est a Deo, sed ab homine, ut patet: quia hoc fit per electionem hominum.

285 Concurrit autem duplex consensus humanus ad causandum hunc effectum, scii, eligentium et electi: oportet enim electores voluntarie eligere et personam electam acceptare electionem, alioquin nihil fit. Est ergo coniunctio papatus in Petro non a Deo immediate, sed **mediante ministerio humano**, tam ex parte electorum quam ex parte electi. Nec se habet huiusmodi ministerium humanum in causando hanc coniunctionem ut applicans activum passivo, ut applicans ignem stipulae, vel applicans virtutem passionis Christi subiecto, ut facit baptizans et sacramenta ministrans, quoniam nullum est hic applicatum activum, sed sola voluntas humana electorum et electi: non facile enim esset fingere aliquod aliud activum.

286 Ex hoc autem quod coniunctio papatus cum Petro est effectus voluntatis humanae, cum ipsa constituat Petrum Papam, sequitur quod, licet Papa a solo Deo dependeat in esse et fieri, **Petrus tamen Papa dependet etiam ab homine in fieri**. Fit enim Petrus Papa ab homine, dum, ab hominibus electus, ipse homo acceptat, et sic iungitur Petro papatus.

287 **Tertio**, quod, quia iam nihil tam naturale est ut unaquaeque res per quascumque causas fit, per easdem contrario modo dissolvatur, ut dicitur in cap. *Omnis, de regulis iuris* \ idcirco **Petrus Papa**, qui ex consensus suo et electorum causatus est, **ex consensibus eisdem**, scii, suo et electorum, **ad contrarium dissolvi potest**. Et hoc iam determinatum est (acto Coelestini [v] et Decretali Bonifacii Vili, in VI, *de renuntiatione*, cap. 1<sup>o</sup>).

1 c. 1, X. *De regulis iuris*, V, 41.

2 qui libere, de omnium concordia consilio, papatus renuntiavit, ut habetur in Decretali nunc citanda. Cf. DFC. art. *Celestin K* (Saint), t. II, p. 2., coi. 2063.

3 c. I, *De renuntiatione*, I, 7» in VI<sup>o</sup>.

288 Ex his tribus praemissis habetur primo absque haesitatione certum, quod **Petrus Papa, et in fieri et in corrumpi, dependet a potestate humana, non superiore nec aequali potestati Papae, sed minore;** quia nec ad faciendum de Petro non Papa, Petrum Papam nec ad faciendum de Petro Papa Petrum non Papam, exigitur alia facultas quam voluntatis humanae, scii, electi et electorum. Nec sit curae in proposito utrum bona vel mala conscientia, ex bona vel mala intentione vel causa moveantur : sat est in proposito quod facta tenent, ita quod in veritate Petrus sit aut non sit Papa.

289 Quod etiam ista potestas sit minor potestate Papae, absque alia probatione ex eo liquet quod mortuo Papa, nullo etiam praesupposito statuto iuris positivi, ista potestas est in Ecclesia et non se extendit ad ea ad quae se extendit Summi Pontificis auctoritas : alioquin essent duae supremae potestates in Ecclesia, et Christus non instituisset ecclesiasticum regimen monarchicum. Et cum par in parem non habeat imperium, non potuissent Pontifices huic potestati executionis modum imponere, per quos, quot scilicet et quomodo debeat electio celebrari, cum irritatione actus, si secus factum fuerit. Haec enim ostendunt potestatem hanc nec minorem, nec parem, sed inferiorem potestate Papae ; superioris namque virtutis est disponere de actu inferioris auctoritative, ita quod si secus fiat nihil valeat, ut in proposito invenitur.

290 Habetur secundo certo certius, quod **aliud est posse supra conjunctionem Petri et papatus construendam seu destruendam, et aliud est posse supra Papam.** Ex eo namque quod potestas minor papatu, scii, simplex voluntas electi et electorum potest construere et destruere hanc coniunctionem, et huiusmodi potestas cum sit minor papatu, non potest supra Papam, manifeste convincitur quod

aliud est posse supra illam conjunctionem et aliud est posse supra Papam. Unde **potestas supra Papam non invenitur nisi in Domino Iesu Christo**, potestas autem supra **coniunctionem papatus et Petri** invenitur in **terris**, et merito, quia papatus opus Dei immediate est, coniunctio autem papatus et Petri opus nostrum.

291 Nec mireris tu, qui philosophiam profiteris, quod invenia-  
tur potestas supra conjunctionem formae cum materia, quae non est supra formam, quia coniunctio formae cum materia formam consequitur. Cessabit admiratio tua, si contemplatus fueris quod coniunctio formae et materiae utrinque attingi potest, scii, ex parte materiae et ex parte formae, et quod potens super conjunctionem formae et materiae ex parte utriusque seu ex parte formae, potest etiam supra formam, sed potens super conjunctionem illam ex parte materiae non oportet quod possit super formam, ut patet in generatione hominis. « Sol enim et homo generant hominem | »<sup>u</sup>, qui consistit in coniunctione corporis et animae intellectivae, aut resultat ex illa coniunctione, et constat solem et hominem non posse supra animam <sup>m</sup> intellectivam quae venit de foris, sed supra conjunctionem illam ex parte corporis, quae est materia. Sic enim accidit in proposito : nam papatus et Petrus se habent ut materia et forma, et solus Dominus Iesus Christus potest super conjunctionem eorum ex parte papatus, et consequenter utriusque, et propterea solus potest limitare et ordinare potestatem Papae ; **Ecclesia** autem potest super conjunctionem eorum ex parte Petri solum, et propterea nihil potest super Papam, sed super conjunctionem tantum.

292 Et quoniam amotio Papae, sive per renuntiationem, sive per depositionem, sive per electionem, non est corruptio papa-

» Iuxta ARISTOTELEM. *Phy* U. 2; Bekker, 194 B 13.

tus, nec Petri, sed coniunctionis papatus et Petri, idcirco diligentissime et cautissime oportet pro regula habere ante mentis oculos cum de amotione Papae tractatur, quod **non requiritur potestas superior Papa, sed superior conjunctione inter Petrum et papatum.**

93 Quod ut clarius pateat, scito quod certum est quod **tribus modis potest Petrus Papa vivens amoveri a papatu: primo, per eiectiorem a Domino Iesu Christo; secundo, per renuntiationem spontaneam a seipso; tertio, per depositionem invitam, propter incorrigibilem haeresim, ab Ecclesia.** In omnibus autem his modis non **desinit** papatus nec Petrus, sed **sola coniunctio utriusque, differenter** tamen.

294 Quia in primo modo, scii, per eiectiorem a Domino Iesu Christo, coniunctio illa corrumpitur a potestate superiori non solum respectu coniunctionis, sed respectu papatus: est enim auctoritas Domini supra coniunctionem illam etiam ex parte formae. Et quia, ut dictum est, nulla alia potestas est supra Papam, ac per hoc nulla alia potestas potest coniunctionem illam attingere ex parte formae, consequens est ut nulla alia potestas possit amovere Papam, ut potestas superior Papa, sed hoc est proprium Salvatoris nostri.

Et hoc modo intelligendum est dictum Anacleti Papae, D. LXXIX, *Eiectionem*, dicentis: « Eiectionem Summorum Pontificum sibi Dominus reservavit ». » Differentia namque inter Papam et alios Pontifices in hoc consistit quod alii Pontifices possunt eici tanquam a potestate superiori ipsis potestatibus Pontificum, Papa autem non, quia in Ecclesia terrestri invenitur potestas supra potestatem iurisdictionalem episcopi, non au-

\* c. II. D. LXXIX.

tem supra potestatem Papae. Ex hoc enim habetur quod illorum eiectionem Dominus concessit Papae concedendo potestatem superiorem, Papae vero eiectionem sibi reservavit, nulli concedendo potestatem superiorem papatu. Unde si Papa Ioannes episcopum de plenitudine potestatis eiceret, eiectus esset, nec haberet amplius potestatem iurisdictionis. Nulla autem potestas in Ecclesia relicta est a Domino, quae possit haec facere in Petrum Papam.

296 In secundo autem modo, scii, per renuntiationem, et tertio, scii, per depositionem, coniunctio illa corrumpitur, non a potestate supra papatum, sed a potestate supra coniunctionem solum, quia nec voluntas Petri nec voluntas Ecclesiae est supra papatum, et ex ipsis causatur coniunctio illa et corrumpitur, ut patet.

297 Quia ergo certum est Papam haereticus incorrigibilem factum non esse ipso facto depositum et esse deponendum ab Ecclesia, et Ecclesiam non habere potestatem supra papatum, et Ecclesiam habere potestatem supra coniunctionem inter Petrum et papatum utpote opus suum, oportet dicere quod, cum Petrus Papa factus haereticus incorrigibilis deponitur ab Ecclesia, iudicatur et deponitur a potestate superiori non papatu, sed coniunctione inter papatum et Petrum.



## Caput XXI

*Discussio praedictae testatis ministerialis depositivae Papae haeretici.*

Quamvis autem ex certificatis habeantur in Ec'lesia respectu coniunctionis inter Petrum et papatum duo posse, scilicet posse coniunctionem talem constituere et destruere pari consensu et posse coniunctionem eandem, ipso haeretico incorrigibili invito, destruere, non tamen liquet quod haec duo posse sint unius et eiusdem potestatis, quod tamen conclusum est in praecedenti capite, per viam divisionis, propter identitatem obieci, quia utrumque est circa ipsam coniunctionem papatus et Petri; — nec solum obscurum, sed falsum multipliciter apparet.

**Primo ex ipsius potestatis natura:** nam quando una causa totalis ex duabus partialibus constans exigitur ad aliquem effectum, neutra illorum partialium sine altera sufficit ad talem effectum, ut patet in vinculo matrimonii. Quia enim ad vinculum matrimonii concurrunt duo consensus, scii, viri et mulieris, et causa totalis eius constat ex utroque consensu, neuter sine altero sufficit ad causandum vinculum matrimonii in altero. In proposito autem ad coniunctionem Petri et papatus construendam vel destruendam concurrunt duo consensus, scii, electorum ex una et Petri electi ex alia parte, tamquam causae partiales; et uterque simul tamquam causa totalis. Ergo consensus alter tantum non potest in talem effectum, scii, dictam coniunctionem construendam vel dissolvendam. Et quia potestas depositiva Papae invito propter haeresim incorrigibiliter

includit alterum consensum tantum, sequitur quod et ipsa non est idem quod illa potentia totalis, et quod si est pars eius, non potest deponere, quod repugnat potentiae depositivae. Male ergo dictum est, quod potentia depositiva Pape est illa potentia, quae evidenter est in Ecclesia super coniunctione dicta.

300 Et confirmatur haec ratio. Quia de quo magis videtur inesse et non inest, ergo nec de quo minus : magis autem videtur quod solus consensus Petri Papae possit se facere non Papam quam solus consensus aliorum, quia potest renuntiare, sed hoc non potest Petrus solus : quia quantumcumque Petrus ipse renuntiet, semper est Papa donec renuntiatio sua acceptetur, sicut e converso, quantumcumque Petrus sit electus, numquam est Papa quousque electioni de se consentiat. Haec enim ostendunt, quod causa totalis tam constructiva quam destructiva coniunctionis Petri et papatus, quae est in Ecclesia minor papatu, non est Ecclesiae solius aut Petri solius, sed utriusque simul consensus : ac per hoc per hanc non potest invitus Papa deponi quacumque ex causa, quia implicat contradictionem.

301 **Secundo apparet falsum ex modo exeundi in actum talis potestatis:** quoniam Papa haereticus iudicandus est iuxta cap. si *Papa*, D. XL 1 et doctores. Potestas autem ista minor papatu, non potest citare, compellere, et breviter non habet vim coactivam supra Petrum Papam: repugnat ergo quod sit potestas minor et quod sit iudex, ex ipso modo, quia scilicet vi coactiva procedere posse debet.

302 **Tertio apparet falsum ex obiecto etiam istius partialis consensus:** quia, cum consensus iste partialis ex parte Ecclesiae sit in electoribus Papae, qui modo sunt soli Cardinales ad quos spectat eligere et renuntiationem acceptare,

‘ c. 6, D. XL.

ut patet in facto Coelestini V, sequeretur, quod apud eosdem solos resideret potestas depositiva Petri Papae facti haeretici, cuius oppositum communiter tenetur.

303 Sed horum solutio magis propositum confirmabit : Si namque consensus electi et electorum in hac causanda coniunctione concurrerent, ut consensus viri et mulieris ad causandam vinculum matrimonii, ratio procederet, quoniam uterque consensus habet se ut partialis causa quasi efficiens vinculum matrimonii. In proposito autem isti duo consensus diversimode concurrunt: nam consensus electorum se habet ut causa faciens illam coniunctionem, consensus autem electi se habet ut reddens subiectum capax illius coniunctionis: non enim est capax nisi christianus voluntarius. Sicut enim esse fidelem non est causa illius coniunctionis factiva, ita nec esse voluntarium ad illam.

304 Et hoc patet in acquisitione aliarum jurisdictionum : cum enim alicui imponitur aliqua praelatio, certum est quod quousque ipse illam acceptet, non est praelatus : acceptatio tamen sua non facit in se praelationem, sed subiectum reddit capax praelationis : et sic actio imponentis sortitur effectum in subiecto capaci, faciens iurisdictionem, quae propter dispositionem subiecti non poterat intentum facere in eo. Actus enim activorum fiunt in patiente disposito, ut dicitur in II De anima .

305 Consensu igitur electi concurrente ut reddente subiectum capax coniunctionis cum papatu, restat ut consensus eligentium sit faciens coniunctionem illam. Ostensum est enim \* quod non est a Deo immediate, sed mediante humano opere quod est electio in subiecto disposito. Et sic ex hoc relinquitur, quod potestas faciens vel quasi faciens hanc coniunctionem est in

\* ARISTOTELES, *De anima*, II. 2; Bekker, 414 a 11-12.

electoribus, et non in electo ut sic : nemo enim sibi assumit honorem, sed qui vocatur a Deo ut Aaron, ut dicitur ad Hebr. V, [4].

306           Ad confirmationem dicitur, quod, si **Papa sola suare-nunciatione absque acceptatione Ecclesiae non potest a se abdicare papatum**, hoc magis confirmat propositum, quod eius consensus non fuit inter causas facientes. Ratio autem quare acceptatio requiratur est : quia nemo potest renuntiare iuri alterius, quod habet in se. Nullus enim qui ex pacto tenetur alicui solvere centum, potest renuntiare huic vinculo absque voluntate eius cui tenetur, quamvis ab initio voluntate se obligaverit ; Papa autem acceptando papatum obligat se Ecclesiae ad regimen ipsius, unde iuri Ecclesiae, quod habet in Petrum Papam, non potest ipse renuntiare invita Ecclesia cui tenetur. Et confirmatur : quia papatus non coniungitur sibi ratione sui, sed ratione Ecclesiae, dicente Domino in creatione Petri primi Papae, non aliud quam : « Pasce oves meas . » Unde non est verum, quod magis videatur de consensu solo electi, quod possit dissolvere, quoniam ipse non est **causa efficiens etiam partialis illius coniunctionis, sed dispositio tantum subiecti.**

307  
• n. 301           Ad secundum in quo pendet tota vis huius rei \* dicitur quod **potestas ista minor Papatu habet vim coactivam**, non super Petrum papam, sed **super coniunctionem papatus et Petri**, non simpliciter, sed in casu haeresis; ita quod potestas ista **relata ad Papam, est ministerialis: relata ad coniunctionem Petri**, et papatus in fieri vel dissolvi, subiecto existente disposito, est **auctoritativa**; ita quod sententia definitiva ex hac auctoritate procedens super coniunctione talis materiae Petri haeretici

† Ioan. XXI, 17

cum papatu dissolvit auctoritative coniunctionem illam. Sicut enim electio Ecclesiae auctoritative super coniunctionem, non super Papam, coniungit Petrum dispositum, id est fidelem et voluntarium cum papatu, ita talis sententia dissolvit : agit enim in materiam dispositam per haeresim. Exemplum horum habemus in naturalibus, cum homo generatur et corrumpitur ab agente non potente super animam hominis, sed super coniunctionem animae et corporis ex parte materiae.

308 Et si quaeratur quomodo praecedentia per sententiam depositivam fient, cum usque ad illam Petrus duret superior, posset dici quod, quia nec Deus, nec natura deficit in necessariis, quod eadem auctoritas extendit se ad omnia praeambula ; quorum nullum video oportere esse coactivum Petri Papae, sed sufficit quod sint intimativa, reprehensiva, et huiusmodi : iudicium enim hoc non ex confessione sua extorta praeceptis, censuris aut tormento, sed ex evidenti facto vel verbo haeresis incorrigibiliter expectatur, quod sine eius coactione fit.

Si quis autem diceret, quod non est inconveniens hanc minorem potestatem indirecte posse cogere Petrum ad praeambula necessaria ad sententiam non video quare erraret, cum Petrus papa haereticus incorrigibilis, iam sit in corruptionis via, et Deus, cuius « perfecta sunt opera | », potestatem depositivam in casu haeresis absque necessariis praeambulis non dederit Ecclesiae, qui numquam deficit in necessariis. Et hoc dico, si aliqua praeambula coactiva ex necessitate iudicn essent necessaria, quod iuristis discutiendum relinquo. Bene tamen advertant, quod non loquor nisi de necessariis ex necessitate huius iudicn, et non loquor de necessariis ex occasionibus eventuum et aliorum extraneorum a ratione iudicn.

‘ Deui. XXXII, 4.

310            **Ad tertium** \* dicitur, quod **potestas ista depositi-**  
n. 302 **va non est in Cardinalibus:** quia in eis non est potes-  
tas super coniunctione Petri et papatus nisi limitate, scilicet  
tempore quo papatus vacat. In Ecclesia autem universali est  
potestas super coniunctione ista absque limitatione, si secluse  
iure positivo loquimur, et ideo Cardinales non possunt depo-  
nere Papam haereticum, sed hoc spectat ad universalem Ec-  
clesiam. **Posset tamen haec potestas committi do-**  
**minis Cardinalibus a iure statuto Pontificis:** sicut  
commissa est eis potestas eligendi, scilicet per viam determi-  
nationis, quod ipsi lepraesentarent universalem Ecclesiam, sicut  
in eligendo, ita et in deponendo, quando deponendus est.

311            Manifestum autem exemplo fieri potest quod dictum est :  
si quis namque episcopus iturus in regionem longinquam insti-  
tuit suum generalem vicarium cum plenissima auctoritate, or-  
dinans quod si institutus vicarius moriatur aut publicus blas-  
phemus fiat, canonici possunt illum amovere et alium nomi-  
nare in vicarium absque alia confirmatione etc., constat quod  
canonici nullam auctoritatem super vicarium haberent, neque  
simpliciter, neque in hoc casu, sed super amotione eius in illo  
casu, quod est habere potestatem super coniunctione vicariatus  
cum persona in casu etc. Eodem enim modo est in proposito, nam  
« pastor et episcopus animarum nostrarum 1 », Dominus Iesus  
Christus, « abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum  
et reverti ' et instituit Petrum Apostolum in suum genera-  
lem Vicarium cum plenissima auctoritate ante ascensionem  
dicens ei: «Pasce oves meas 3 », et cum effectu exhibens  
promissam sibi prius potestatem amplissimam: « Tibi dabo cla-

1 I Petr. II. 25.

» Luc. XIX. 12.

3 Ιοβη. XXI. 17.

ves », et : « Quodcumque ligaveris | » etc. Et ordinavit ut si umquam aliquis Petri successor haereticus fiat, Ecclesia eum possit amovere, et loco eius alium nominare, D. XL, cap. Si *Papa*

J|2 Ex hac igitur concessa potestate patet quod **Ecclesia nihil potest super Papam absolute, nec in casu haeresis proprie loquendo potest super Papam, sed super coniunctionem papatus cum Petro**, quam dissolvit amotio. Et sic clare liquet quod potestas Ecclesiae est supra coniunctione papatus et Petri in fieri et in corrumpi, subiecto existente disposito ad fieri per fidem et voluntatem, ad corrumpi vero per haeresim vel voluntatem ; et cum hoc potestas ista est minor papatus, et ideo non potest limitare eius potestatem. Et sic patet, **quod Papa nullam etiam in casu haeresis habet supra se potestatem**: quod erat intentum.

» Maith. XVI. 19.

' c. 6, D XL.

## Caput XXII

*In quo respondetur rationibus et auctoritatibus allatis in cap. XVII ad probandum, quod T<sup>h</sup>apa haereticus est ipso facto depositus iure divino.*

313           Quamvis autem ex determinatis manifesta sit rationabilis sententia, quod scilicet certus et indubitatus Papa nec simpliciter nec in casu haeresis est subditus proprie loquendo Concilio, aut Ecclesia universali, quia est adhuc Papa, sed in casu haeresis connexio papatus cum persona ipsa subdita est determinationi Ecclesiae et Concilii universalis, ita quod potest deponi, oportet tamen satisfacere rationibus et auctoritatibus tot illustrium virorum tenentium Papam ipso facto depositum et propterea subditum Concilio.

314           Et quoniam vis principalis consistit in hoc, quod fides  
• n. 244 saltem informis exigitur ad membrum Iesu Christi \* ideo sciendum est quod baptismus, quo primum regeneramur et pertinemus ad Iesu Christi corpus mysticum quod est Ecclesia, tres, quantum ad propositum spectat, facit in anima nostra effectus. Primo, imprimi characterem indelebilem : secundo, fidem : tertio, caritatem. Et de tertio quidem effectu, scilicet caritate, manifestum est, quod licet constituat membrum vivum Christi, non tamen exigitur ad habendam iurisdictionis vel ordinis potestatem. Oppositum enim spectat ad haeresim pauperum de Lugduno

<sup>1</sup> Cf. DENZ.-BANNW., 426. 430, 434, 444.



J15 De secundo autem de quo tota est quaestio, quod non exigatur ad potestatem ordinis, etiam clarum est: quoniam haeretici consecrant verum corpus Christi et faciunt veros sacerdotes, si servata forma et intentione Ecclesiae hoc faciant, et ex hoc ipso inchoat splendor veritatis, quod scii., licet fides informis constituat membrum Christi secundum quid, ut dixit in Illa p. S. Thomas, q. 8, a. 3. % ad 2, quia tamen latitudo datur in membris Christi secundum quid, etiam sine fide informi, ex solo **character** sacramenti fidei constituitur membrum Christi secundum quid remotius a Christo: haeticus enim nisi membrum secundum quid Christi esset, nec corpus Christi, nec ministros consecraret, nec sacramentum confirmationis daret. Haec enim a solis Christi membris non quibuscumque, sed in magno, sacerdotii scii, vel episcopatus, gradu constitutis, facta tenent, etc.

316 Altius quoque contemplando videbimus et quod tanta est vis characteris baptismalis, ut etiam fides formata eius vices non suppleat, ut patet ex hoc quod presbyter non baptizatus reordinatur, ut patet Exlravag., *de presbytero non baptizato*, cap. *Si quis presbyter* '. Et quod ipse character constituit membrum Christi dicente Innocentis [III] eodem titulo, in cap. *Veniens*: « Non solum per sacramentum fidei, sed per fidem sacramenti efficitur quis procul dubio membrum Christi<sup>2</sup>. » Constat enim quod **proprius et inseparabilis effectus sacramenti fidei**, quod constat esse baptisma, **est solus character**, ut patet, cum aliquis

« ed. R. : et C. l art. I »

<sup>1</sup> c. I, X, *de presbytero non baptizato*, III. 43.

\* c. 3. X, *Ibid.* III, 43.

haereticus baptizatur secundum formam et intentionem Ecclesiae : nihil enim aliud recipit quam characterem.

317 Et si altius adhuc mentis oculos elevaverimus, intuebimur, quod **habens solum fidei characterem** est simul et **fidelis et infidelis**, membrum Christi et Ecclesiae, et extra membra Christi et Ecclesiae **diversis respectibus**, et propterea a doctoribus diversa et contraria de eo dicuntur.

318 Habens namque solum characterem fidei quantum est ex parte sua, infidelis est et extra membra Christi et Ecclesiae, quoniam voluntarie discredit ; ex parte autem Iesu Christi, qui characterem fidei semel datum indelebilem conservat, est fidelis invitus, et est membrum Christi et Ecclesiae, velit nolit ipse, utpote non valens abdicare, aut abjicere a se susceptum semel fidei characterem. Propter quod a divo Thoma, in IIa IIae, q. 10, a. 3, ad 3 computatur talis inter fideles, cum dicitur quod pro adulterio gravius punitur fidelis quam infidelis propter sacramenta fidei quibus est imbutus, quibus peccando contumeliam facit, et in eiusdem quaestionis art. 5 numeratur inter infideles, dum ponit haeresim speciem infidelitatis.

319 **Differt autem habens solum characterem ab habente etiam fidem informem quoad officium membri Christi**; quia habens characterem et fidem, suscipit influxum interiorem a Iesu Christo capite quoad hunc actum vitalem, qui est credere, ut S. Thomas dicit in IIIa p., q. 8, a. 3, ad 2. Habens autem characterem solum, non suscipit influxum alicuius actus vitalis interius, sed tantum quoad exteriorem operationem, sicut brachio arido potest quis uti ad alios percutiendos, vel movendo aliquid extra.

320 **Quia ergo character fidei est primum in compositione membri Christi**, quod patet ex hoc quod

ipse a solo baptismo cum sit solus est inseparabilis ab eo ac per hoc proprius effectus baptismi quo efficitur primo membra Christi et Ecclesiae, **oportet quod sit ultimum in resolutione membri Christi et Ecclesiae**, et consequenter, quamdiu character manet, non desinit esse totaliter membrum Christi. Et quia numquam desinet character, ideo semper erit intra latitudinem membrorum Christi, etiam cum abscissum totaliter est per damnationem in inferno †; et per hoc differt ‘ pure infidelibus damnatis, et magis cruciabitur iuxta sententiam Apostoli ad Hebr. X, [26-30].

321 Et haec ratio ultra tot allata testimonia ex propria efficacia sufficit, quia secundum veram theologiam divinam et humanam attributum alicui causae ut proprius effectus intelligitur attribui ei secundum id quod illi causae proprium est, ut patet in causis naturalibus, moralibus et ecclesiasticis inductive. Periret enim aliter omnis certitudo moralis. Ex quo ergo attribuitur baptismo ut proprius effectus quod faciat membrum Christi, oportet quod intelligatur attributum ei secundum id quod huic sacramentali causae, quae est baptismus, est proprium, quo differt a ceteris. Hoc autem est pro quanto est causativus characteris fidei: hoc enim solus habet, hoc solum primo et infallibiliter causât, solis essentialibus requisitis ad sacramentum concurrentibus.

322 Quia ergo Papa factus haereticus, licet amiserit fidem etiam informem, quia tamen retinet sacramentum fidei etiam invitus, quo constituitur primo quis in hoc quod

• cd. R.: differet. Ed. C.: differret.

† Comp. S. THOMAM, *Summa theologiae*. Ille, q. 8, a. 3. corp., in fine; CAIETANUM, *Comment*, in hunc locum, η. II, III.

est esse membrum Christi, ideo rationes et auctoritates quae fundantur super hoc quod fides saltem informis requiritur ad esse membrum Christi \* non sunt efficaces ad inferendum ipsum non esse membrum Christi ac per hoc ipso facto iure divino depositum; quamvis ex defectu fidei informis optime inferatur quod ipse, quantum est ex se, est extra latitudinem membrorum Christi, ac per hoc a membris Christi segregandus per depositionem ab officio capitis, et post, per alias poenas ab Ecclesia puniendus, et demum curiae saeculari tradendus.

323            Sigillarim ergo respondendo: auctoritas in primis Domini  
♦ n. 245 Joan. III, [18] non est ad propositum. Quia loquitur de iudicio aeternae damnationis, quo « qui non credit iam iudicatus est», et ex parte Dei, quia «novit Dominus qui sunt eius», ut Glossa ex Augustino sumpta exponit 1; et ex parte meritorum, quia habet in se causam aeternae damnationis, ut Chrysostomus dicit 2; et ex parte clarae condemnationis in ultimo iudicio absque examine, ut Gregorius explicat 3.

324            Ad illud vero: « Super hanc petram », i. e. fidem \* dicitur  
n. 247 quod sacramentum fidei quod remanet in heretico non est extra fidem, sed primus lapis fidei aedificandae in quolibet, et propterea illo solo remanente lapide, super petram fidei remanet ecclesiastica potestas in via ad ruinam, quoad illud suppositum.

325            Ad id autem quod: « Iustus ex fide vivit \* », si de fide  
\* *ibid.*, 20 informi admittatur, dicitur quod sumitur vivere pro operatione

1 Cf. S. THOMAS. *Catena aurea*, in Ioan. Evang., c. 3 n. 6; Vives. XII, 296, 297.

2 *Ibid.*, et apud NICOLAUM LYRANUM, V. 1076.

3 Cf. S. THOMAS. *loc. cit.*

vitali, et non pro esse, sicut sumitur cum dicitur vivere viventibus est esse.

326            Ad definitionem fidei: « Fides est substantia... » ac  
? per hoc primum \* dicitur quod fides habet rationem primi sustentantis inter virtutes pertinentes ad fideles; et ideo dicitur substantia. Cum quo stat quod ipsius fidei sacramentum prius sit ipso ordine generationis.

327            Ad auctoritatem allatam ex III Sent. 1 S. Thomae \* di-  
*iii.J.* # citur quod doctrina S. Thomae ibidem est male intellecta, et est contra istos in proposito.

328            Nam ibidem appellatione infidelium non veniunt nisi hi qui numquam actu fuerunt de Ecclesia: ut patet ex hoc quod dicit, scii, respectu horum « Christus non est caput nisi in potentia, secundum scii, quod sunt unibiles corpori. » Constat namque quod respectu baptizatorum haeticorum Christus est caput aliter quam in potentia, quia est actu caput eorum secundum sacramenta fidei: non ergo appellatione infidelium ibi veniunt haetici.

329            Appellatione quoque fidelium peccatorum 2 ibi veniunt haetici, qui per fidei sacramentum in uno numero obiecto, fidei unionem illam, quam unionem simpliciter auctor nominat, retinent utcumque velint nolint: et hoc insinuat ex hoc quod dicit, quod velut membra arida possunt non in se sed aliis sacramenta ministrando et docendo. Haec enim omnia per haeticos non in quantum tales, sed in quantum aliquid ipsius capitis participant, Christus facit.

Ad definitionem Ecclesiae \* dicitur quod, quia haeticus ex se ipso est infidelis, ideo simpliciter est infidelis, et extra

1 S. THOMAS. III *Sent.* d. 13, q. 2, a. 2. qa. 3, «ol. 2; ed. Moo», n. 103.  
» *Ibid.* n. 104.

Ecclesiam. Cum hoc tamen stat quod secundum quid sit in Ecclesia ad tempus, ut abiciendus ; sic enim manet Papa haereticus.

- 331 Auctoritates omnes Testamenti Novi et Veteris prohiben-  
• n. 246, tes communionem cum haereticis non probant quod sit depo-  
249 situs ipso facto, sed deponendus, ut non communicemus cum  
eo ; sic enim sufficienter satisfit praecepto huiusmodi. Si enim  
ipso facto vitandus praeciperetur a Deo haereticus, non dixis-  
set Apostolus ad Tit. ill cap., [10]: «Haereticum hominem  
post primam et secundam correctionem evita. »
- 332 Amissio clavium apud haereticos \* intelligitur quatenus  
n' 250 haeretici sunt, et quoad licitum usum.
- 333 Honoris et potestatis iurisdictionalis perditio ipso facto \* in-  
π 251 telligitur quantum est ex eorum parte et iuris dispositione in  
his qui subsunt iuri humano, et sunt in Ecclesiae foro haere-  
tici. Sic enim interpretanda sunt S. Thomae et aliorum in com-  
muni loquentium dicta. Tales enim soli sunt excommunicati, et  
consequenter privati ipso facto, saltem per suspensionem potes-  
tatis iurisdictionis, si est crimen occultum, et declarandi priva-  
ti ; Papa autem, ex divini et humani iuris dispositione et hae-  
resis propriae exactione, est privandus humano iudicio, a quo  
•n.282sq. coniunctus est Papatus huic personae, ut dictum est \*
- 334 Officium quoque pastorale ab haereticis, inquantum haeretici  
' n. 252 sunt, Augustinus adimit ipso facto \* quia impossibile est ut hae-  
reticus, inquantum haeretici officium exercet, pascat oves Chris-  
ti. Possibile tamen est, ut ille qui est haereticus in se ipso, sit  
haereticus et oves Christi pascat, officium Petri, non haereti-  
ci exercens. Sed quia periculosum hoc est valde, ideo abicien-  
dus est ab officio pascendi oves Christi.
- 335 Hud demum quod ex Glossa Decreti affertur \* quod Papa  
n. 254 cadens in haeresim damnatam, incidit in excommunica-

tionem, ialsum, est, nam, cum omnis excommunicatio, quae est ecclesiastica censura (de hac enim loquimur), sit a iure positivo, et ius positivum non habeat vim coactivam in foro ecclesiastico supra Papam et excommunicatio coactionem importat in foro ecclesiastico: oportet dicere, quod **Papa in nullam incidere censuram potest**. Et usque adeo docent hoc doctores ut dicat S. Thomas, in IV Sent. D. 19, q. 1, a. 3, [qa 9], ad 3, quod Papa non potest committere alicui quod excommunicat ipsum. Et in eadem sententia sunt Albertus Magnus et S. Bonaventura, ut dominus Iohannes de Iurrecremata de istis refert Unde audiendi non sunt illi, qui omnia haereticorum iura ad Papam haeticum extendunt: dum Papa enim est, soli depositioni subicitur; depositus autem subicitur iuri, sicut alii.

336

Ad probationem autem, sc. quod, si Papa fiat haeticus, est **minor quolibet catholico**, sumptam ex cap. *Audivimus*, XXIV, q. 1 ~ et S. Thoma \* dicendum est quod, cum hoc non possit intelligi de maiori et minori merito seu caritatis, quia extra propositum esset, et praelatus non solum per infidelitatem, sed quodcumque mortale crimen sit minor sic omni existente in caritate; nec de minore et maiore secundum iurisdictionem de facto perditam a, quia secundum illud praelatus cadens in haeresim sit minor secundum quod quilibet catholicus est maior, cum ista sint corollaria b, — sed quilibet catholicus non est maior secundum

\* Sic ed. C.; ed. R. : perdita.

b Sic ed. C.; ed. R. : cum ista sint correlaria.

1 IOANNES DE TURRECREMATA, *Summa de Ecclesia*. II, c. 104; ROC., XIII, 436.

2 C. 4, c. XXIV, q. 1. — Vide potius c. 9, C. XII, q. 1. ut supra n. 254.

jurisdictionem : non enim ex hoc quod Papa, vel praelatus meus fit haereticus, ego unus catholicus qui nihil habebam \* iurisdictionis, iurisdictionem acquirō super eum aut alios, — oportet sane verba haec intelligere et exponere tanto diligentius, quanto super his verbis S. Thomae magna fabrica erigitur, et dicitur quod Papa est depositus ipso facto : dicendum est igitur aliter.

337 Ad cuius evidentiam scito primo, quod cum maior et minor sint correlativa, consequens est quod **oportet proportionaliter minorem maiori referre**, ut et in quo praelatus sit minor, subditus quilibet catholicus fiat maior.

338 Scito secundo, quod cum sermo sit intelligendus secundum subiectam materiam, et ibidem sit sermo de correctione praelatorum a subditis, manifeste fit comparatio inter praelatum et subditum, non quoad personas puras, sed **considerato praelationis officio**.

339 Potest igitur tripliciter dictum hoc verificari : primo, ut intelligatur de maiore et minore **simpliciter**, et est sensus quod praelatus, si labitur in infidelitatem, fit minor simpliciter et absolute, et quilibet subditus fidelis maior simpliciter et absolute et sine limitatione aliqua loquendo, est in Ecclesia Dei maior infideli. Cum quo tamen stat quod **praelatus, donec deponatur aut declaretur, sit maior secundum quid**, scilicet secundum potestatem iurisdictionis iam prope mortem.

340 Secundo, et sequitur ex hoc iam dicto: potest intelligi quod **etiam quoad potestatem iurisdictionis** praelatus infidelis est minor, et subditus fidelis maior, quantum est ex se : quia infidelis, quantum est ex se, extra membra Christi est, ac per hoc, quantum ex ipso pendet, inhabilis est ad po

■ Sic ed. C.; ed. R- · habeam.

testatem iurisdictionis spiritualis ; fidelis autem quilibet ex ipsa spontanea fide dispositus, et habilis ad potestatem spiritualis iurisdictionis in Ecclesia Christi ; et sic praelatus ob infidelitatem fit minor secundum potestatem iurisdictionis, quantum est ex se, et catholicus subditus maior.

J. W. L. I. V. X. A. E.

341 **Tertio**, et sequitur ex dicta expositione, potest intelligi de maiore et minore in **officio defendendi fidem**: ex eo namque quod praelatus a fide deviat, et subditus permanet in fide, minor fit ille in officio executive defendendi fidem, et subditus fidelis e contra maior fit in officio fidei defendendae.

.254 Et hoc totum simul satisfacit litterae Decreti \* et intentioni  
1255 S. Thomae \* et concordat cum dictis suis alibi.

342 Accusandum denique esse et iudicandum Petrum Papam haereticum **nihil aliud concludit**, nisi quod iudicem habet superiorem non Papa, ut isti putant, sed conjunctione papatus et Petri in casu haeresis et conceditur Concilium esse iudicem in tali casu. Et per hoc patet solutio allatorum etiam in cap. XVIII, pro quanto contra determinationem praesentem militant. Unum tantum superest declarandum, an scii, sola haeresis sufficiat, an exigatur et incorrigibilitas seu perseverantia obstinata in haeresi ad hoc ut deponatur Papa ; quod sequens caput declarabit.



## Caput *XXm*

*Quomodo cum Papa in haeresim lapsa parato corrigi  
agendum est.*

343 Ad absolvendum demum totam hanc difficultatem de potestate Concilii ad depositionem Papae in casu haeresis, scire convenit quod **duae** sunt hic **extremae opiniones**.

344 Altera quod **Papa propter crimen haeresis etiam confessum non potest deponi**. Et fundatur haec opinio primo super facto Marcellini, et responsione episcoporum, ut patet in XXI D., cap. *Nunc autem* ", et sunt verba Nicolai [1] Papae. Cum enim idolatriae crimen incurrisset Papa, congregatum Concilium videns eum compunctum corde dixit: «Tu te ipsum iudica: prima Sedes non iudicabitur a quocumque. » Et sic, non depositus, martyr effectus est postmodum. Secundo, super Glossa in dicto cap. et in cap. *Si Papa* <sup>3</sup> et multis doctoribus. Tertio, super ratione: quia cum haereticus nomen sit vitii et Papa haereticus sit deponendus, tamdiu deponendus venit quamdiu haereticus seu a fide devius est; ac per hoc, si paenitet eum sui delicti, non est amplius haereticus aut a fide

» ed. R. et C.. quae, prima.

1 Marcellini et Suti IP scii., Romae episc. ed quo<sup>1</sup>dam qui h<sup>1</sup>dem aut famam eorum impugnabant.

« c. 7, D. XXI.

3 IOAN., *Glossa* in dicto cap., et c. 6, D. x1 co| 2(jQ

devius, et consequenter non subiacet amplius poenae depositionis. Et firmatur haec ratio super dictis Gratiani in Decretis XXXVI, q. 2 de matrimonio inter raptorem et raptam : ut patet ibi in cap. *Nullus* . Quarto, super auctoritate Apostoli ad Titum III [16]: « Haereticum hominem post unam et secundam correctionem devita. » Si enim devitatio non sequitur crimen haeresis, sed secundam correctionem, a fortiori nec depositio.

Altera opinio est quod **Papa propter crimen haeresis potest deponi**. Et haec fundatur super hoc quod reus est et obnoxius poenae criminis quicumque crimen illud admisit, etiamsi non perseveret in illo, ut patet inductive. Qui enim semel homicidium commisit, reus est poenae homicidii ; et simile est de adulterio, simonia, furto, blasphemia, periurio, et sic de aliis. Sed Papa propter haeresis crimen poenae depositionis reus est, ut communiter doctores, ex cap. *Si Papa*, D. XL 2 moti dicunt. Non ergo exigitur perseverantia in haeresi, sed sicut, si pro adulterio deponendus foret, sufficeret ipsum adulterium commisisse, ita, quia pro deviatione a fide deponendus dicitur, sufficit quod haeresim incurrerit.

Et confirmatur quia alii praelati, puta episcopi, ex hoc solo quod damnatam incurrunt haeresim, in foro Ecclesiae sunt ipso facto excommunicati, et possunt declarari privati, constito de crimine. Et confirmatur iterum : quia si Papa paratus corrigi non potest deponi, cum centies in veritate possit relabi et resurgere, sequeretur quod centies relapsus, paratus tamen corrigi, non possit deponi: quod est fatuum.

1 c. 6, C. XXXVI, q. 2 : « Sed raptor et rapta nomina sunt vitiorum, non personarum. Vitia autem cum per poenitentiam purgata fuerint, nomina eorum abolentur, dicit Gratianus. »

J c. 6, D XL.

347 Licet autem haec duae opiniones contrariae videantur, ad medium tamen expositae, discordes non inveniuntur. Unde **media rationabilisque sententia est, quod Papa haereticus post duas monitiones deponendus est**, ipso Paulo Apostolo hoc definiente ad Titum III, [10]: « Haereticum homine post unam et secundam correctionem devita. » Et rationem quare non amplius sustinendus est, assignans subdit: « Sciens quia subversus est, qui eiusmodi est »: ubi Glossa interlinearis in verbo : « subversus » exponit : perditus, et in verbo : « eiusmodi » exponit : incorrigibilis l. Et est intentio litterae quod quia iudicium humanum datur secundum id quod ut in pluribus invenitur, et secundum communem cursum, qui ab ea, quam ut veram sponte professus est, fide declinat primo, et post unam correctionem secundo, et post secundam correctionem tertio, abiciendus tanquam incorrigibilis censetur. Idcirco Papa haereticus post primam et secundam monitionem delinquens in fide, devitandus est depositione. Non enim possunt fideles evitare Papam manentem, cum ex eo post Dominum Jesum omnium salus dependeat, ut dicitur XL, D. Si *Papa* 2.

348 Quia ergo Apostolus haereticum hominem post duas correctiones delinquentem in fide, non sustinendum, sed devitandum praecepit, consequens est **primo quod, quantumcumque Papa haereticus post duas correctiones relapsus paratus sit corrigi, non solum potest, sed debet deponi,** - et merito, ne in infinitum protrahatur humanum iudicium, sed limite aliquo terminetur. Rationabilis autem terminus est status trinus error cum trina monitione : prima in professione fidei, et duabus post deviationem subiunctis, ita quod tertius

1 *Glossa interlinearis* in hunc locum. Apud NICOLAUM LYRANUM VI, 773  
1 c» 6, D XLt

error tres monitiones contempsit, sicut haeretici relapsi post professionem, excommunicationem et adiurationem non amplius admittuntur ab Ecclesia.

349        Consequens **secundo** est **quod ante correctiones non est deponendus Papa haereticus**, quod propter haeresim non est excommunicatus, sed excommunicandus depositione. Et propterea in eo ad litteram servandum est praeceptum Apostoli de duplici correctione, quod in aliis inferioribus propter adiunctam excommunicationem latae sententiae quam tulit Ecclesia contra haereticos, non servatur. Alii enim quia excommunicat! sunt post, ab Ecclesia statim evitantur; Papa autem quia excommunicatus non est, sicut nec excommunicat! erant homines haeretici tempore Pauli Apostoli, sed excommunicandi, post duas correctiones devitandus est. Duplex enim correctio a Paulo concessa non abstulit potestatem humano iure rigorosius procedendi contra haereticos subiectos humano iuri, sicut concedendo ius divinum matrimonium cum sorore consobrina non ademit potestatem Ecclesiae inhibendi tale coniugium, sed ostendit quod secluso humano iure servandum est. Propter quod, quia Papa, ut patebit, solo divino iure iudicandus deponendusque venit, quia illi soli subiectus est, ideo in eo **solo apostolica regula remansit**, ceteris propter haeresim ab Ecclesia excommunicatis.

350        Nec obstat dictis si dicatur quod haeretici etiam tempore Pauli erant excommunicat! ab ipso, ad Gal. 1, [8]. Cum enim sententia illa se extendat ad superiores, scii, angelos de coelo, et constet quod nullus superiorem sub quacumque conditione excommunicare potest, consequens est quod non fuit excommunicatio, sed **denuntiatio** quod a Deo anathema fieret quicumque, etiam angelus de coelo, si contra Evangelium Christi praedicaret. Et hoc est denuntiare separatum esse a Deo et dignum excommunicatione Ecclesiae quoad homines. Et con

matur ex S. Thoma ibidem dicente quod sententia illa ab Apostolo \* data est auctoritate evangelicae doctrinae promulgata Ioan. XII b cap., [48] : « Sermo quem sum locutus, ille iudicabit eum in novissimo die. » Constat namque quod excommunicandos ab Ecclesia, non excommunicatos ab eadem, constituit sermo divinus contradicens sibi.

35] Ad rationes igitur primae opinionis \* unico verbo dicitur,  
• n. 344 quod Papa post secundam correctionem devius a fide, non admittitur ut paratus corrigi apud humanum iudicium, sed tamquam incorrigibilis haereticus censetur, quamquam apud Deum semper possit corrigi et forte in veritate sit correctus.

352 Ad rationes autem alterius opinionis \* dicitur quod, ubi  
n. est speciale ius, non oportet ex communi procedere iure. In hac autem causa est speciale ius Apostoli, et satis ratione consonum et stylo Ecclesiae in excommunicandis personis, praesertim in persona tam excellentis dignitatis. De aliis autem episcopis iam reddita est ratio dissimilitudinis, quia scii, non sunt in illo statu in quo erant tempore Apostoli propter supervenientem Ecclesiae excommunicationem, qua redditi sunt statim vitandi, et propterea possunt declarari privati ; propter tamen dignitatem eorum et fragilitatem humanam unica correctio declarationem, si praecederet, misericordis aequitatis esset. Faciunt ad praedicta quae scripsit divus Thomas in lia Hae, q. 11, a. 3 et 4 de receptione haereticorum ab Ecclesia.

a ed. R. et C. om. : ab. Restitui ex ed. Lugdun. 1558.

b ed. R. et C.: X.

1 S. THOMAS, *Expositio in episl. ad Gal.*, c. 1, |. 2: ed. Marielti, 1, 530.

## Caput XXIV

*Opinio quod Papa propter incorrigibilitatem in quocumque notorio crimine scandalizante Ecclesiam subicitur Concilii potestati, ita quod potest ab eo deponi.*

( 353

Expedita relatione Papae in casu haeresis ad Concilium, oportet in aliis extra haeresim casibus decernere si Papa subest potestati depositivae Concilii in alio " casu quam in casu haeresis. Et nunc quidem vere casus qui peccata sunt tractandi sunt \* Postmodum de eventuum casibus sermo erit \*

· C. XX/K  
mi.  
• emu

354 Est igitur nonnullorum opinio quod Papa extra casum haeresis deponi a generali Concilio potest, probaturque hoc ex septem capitibus

Primo, ex ratione criminis: Papa potest deponi pro haeresis crimine: ergo et pro aliquo alio.

356 Probatur sequela: tum primo, quia aut hoc est singulare in haeresi ratione gravitatis, et hoc non, quia odium Dei est gravius peccatum haeresi, ut patet in lia Hae S. Thomae,

a c. ed. R. et C.: aliquo.

\* IOAN. GERSON, *De potestate ecclesiastica*, Consid. 8a ; cd. Ellies du lin. II, 236 B. testatur se sex casus enumerasse « in quibus verus Pap® deponi potest ex culpa sua, etiam ubi non esset realiter haereticus ad intra, quamvis ad extra talis ludicratur » t quos quidem reperies in tractatu eius *De auferibilitate Papae ad Ecclesia*, Consid. 10 a et sq. ; ibid., II, 214 C.

q. 34, a. 2 ; aut ratione damni Ecclesiae, et hoc non, quia plus nocet Ecclesiae Papa omnia beneficia vendens, pravos extollens, bonos deprimens, tyrannidem exercens, viliorum lux, blasphemiae, avaritiae etc., notorie plenus, quam si pertinaciter sentiens quod Spiritus Sanctus non procedat a Filio, recte alias vivat et hanc haeresim solus teneat. Tum secundo, quia in sacra Scriptura non invenitur specificè expressum quod Papa possit deponi magis pro haeresi quam alio crimine : relictum est ergo interpretationi doctorum et canonum. Et sicut Bonifacius [I] Papa et martyr expressit casum haeresis, D. XL, *Si Papa* ', ita potest casus incorrigibilis, notorii et scandalizantis Ecclesiam criminis excipi, ut Glossa ibidem sentit. Tum tertio, quia qui potest in maius, potest in minus, ut dicitur in cap. *Ex parte*, Extravag., *de decimis* 3; sed Concilium potest iudicare Papam de maiore crimine, puta haeresis: ergo de minore, scii, simonia notoria etc..

357            **Secundo, ex parte abusus potestatis.** Constat namque quod gladius de manu furiosi potest et debet auferri, invasor et occisor corporum detineri et pertinax in proposito in custodia poni. Quanto magis saeviens in perditionem animarum Papa, gladio papalis potestatis abutens, illo privandus est tamquam phreneticus et ebrius, suarum passionum commotione actus. Cogit enim alios malefacere suo exemplo, ut Apostolus testatur ad Gal. II, [14], dicens ad Petrum: «Cogis gentes iudaizare '. » Glossa : conversationis exemplo 4. Et con-

• ed. R. el C. : iudiezare.

1 c. 6, D. XL.

1 IOAN., *Glossa* in hoc cap., col. 260.

3 c. 27, X. *de decimis*, III, 30,

4 *Glossa interi*, in Gal. II, 14.

firmatur ; quod, si Papa vellet mulierem opprimere vel occidere, posset et repellere et percuti et occidi, cum moderamine inculpatae cautelae. A fortiori, si opprimit Ecclesiam, si occidit animas, resistendum primo ; et, si opus est, occidendus depositione. Et confirmatur hoc ex ratione finis potestatis acceptae, quia scii, in aedificationem est, et non in destructionem.

358 **Tertio ex parte obligationis ipsius Papae:** tenetur enim Papa ad purgationem sui, cum infamis est de crimine scandaloso, ut patet de Damaso accusato de adulterio, teste Hieronymo, De viris illustribus \ et de Syxto [ill] 2, Leone [iv] et Symmacho II, q. 7 '. Et probatur ratione : quia tenetur pascere oves suas, et constat quod scandalum depascit oves. Purgationi autem subiectus, si deficit, iudicandus est ; ergo Papa potest ab Ecclesia de alio crimine quam de haeresi iudicari. Et confirmatur auctoritate Gregorii [vi] in cap. *Si quis*, II, q. 7 dicentis : « Si quis super hoc nos arguere voluerit, vel extra auctoritatem facere nos contenderit, veniat ad Sedem Apostolicam, ut ibi ante confessionem Beati Petri mecum iuste disceptet, quatenus unus ibi ex nobis suscipiat sententiam suam » Nec hoc, inquit Gerson ', ex humilitate, sed ex debito Gregorius fecit.

1 Cf. *Decretum GRATIANI*. C. II. q. 7, par» VI. § 9 ; CIC I. 497. — Accusatio vero contra Damasum non legitur apud Hieronymum, sed apud ANASTASIUM BIBLIOTH., De *Ditis Rom. Pon.*, XXXIX, PL. 128, 73.

» Cf. c. 7. D. XXI ; CIC I, 71. in fine.

3 Cf. c. 41. C. II, q. 7.

4 Cf. *Decretum GRATIANI*, C. II, q. 7, par» VI, § 10.

\* c. 41, C. II, q. 7, ut »upra.

\* c. 42, C. II. q. 7.

7 IOAN. GERSON, *De auferibililate Papae ab Ecclesia*, Con»id. 12a ; ed. Elie» du Pin, II. 216 B.



359

**Quarto, ex parte Ecclesiae:** quia sicut Papa sponsus potest dare libellum repudii Ecclesiae suae sponsae, renuntiando papatui, ita e converso, cum non debeant quoad hoc impari iure censi. Et polior adducitur ratio pro ipsa contra sponsum: vel quia prostituere eam quaerit quantum in se est, vel tyrannide saeva [tractare] " laniando eam \* vel [plagando] \ bona sua dissipando, vel quia abuti conatur ea in perniciem filiorum. Et confirmatur hoc: quia ad communitatem totam spectat principis correctio vel destitutio apud Aristotelem in *V Politicae* si inemendabilis perseveret. Et haec potestas inaufeabilis vel inabdicabilis est a communitate libera: quanto magis hoc habebit Ecclesia?

360

**Quinto, ex parte divinae providentiae.** Cum enim « Dei perfecta sint opera »<sup>1</sup>, et Ecclesia opus ipsius immediate sit, multo magis quam Synagoga, cui tamen dixit: « Quid ultra tibi debui facere et non feci? »<sup>2</sup> Isaias V, [4], oportet Ecclesiae regimini et corpori perfecte provisum esse. Constat autem quod perfectum non est corpus, quod non potest putrida a se membra abicere vel sanare, sed cum totius damno evidenter emergente oportet sustinere. Et similiter non est perfecte dispositum regimen quod non potest commune bonum et necessarium conservare, abiciendo manifeste et notorie commune bonum usurpantes, diripientes etc... Haec enim omnia Papa notorie scandalizans simonia, luxuria, blasphemis, tyrannide, promotione

a om. cd. R. et C. — Restitui iuxta IOAN. GERSON, 7) *e auferibilitate T^apae ab Ecclesia*, *Consid.* 10 a; cd. Ellies du Pin. II, 214 C.

b ed. R. et C.: placitando. GERSON, loc. cit.: plagando.

<sup>1</sup> ARISTOTELES. *Polit.* I, Hl. c. 10; Bekker 1281 b 33. Ci. S. THOMAS. *Commentum in III Polit.* I 9; Vives, 21, 476.

<sup>2</sup> Deui. XXX11, 4.

indignorum etc. manifeste facit contra bonum caritatis commu-  
ne Ecclesiae militantis et triumphantis bonum.

**Sexto, ex parte decretorum et gestorum Concilii Constantiensis et Basileensis.** In Concilio namque Constantiensi depositus fuit Ioannes XXIII quem ipsi tenebant ut verum Papam et Benedictus XIII de consensu suae obedientiae<sup>1</sup>. In Concilio quoque Basileensi depositus fuit Eugenius IV et creatus Felix [v] multique olim depositi sunt Pontifices non propter haeresim, ut Felix [ii], Stephanus [vi]<sup>2</sup>, Christophorus, Benedictus [ix], Gregorius VI, Ioannes XII. Et confirmatur locus iste auctoritate multorum doctorum sententiarum idem quod Concilia ista, ut patet de Glossa in cap. *Si Papa*, D. XL<sup>3</sup> et sequacibus.

**Septimo, ex parte naturae iudicii humani, scii,** secundum allegata et probata vel praesumpta iudicantis: quod fit ut ratione praesumptae haeresis Papa non hereticus deponi possit in multis casibus, scii, dum praesumitur hereticus, propter contumaciam iuxta cap. *Cum contumaciam, de haereticis*, lib. VI<sup>4</sup>; vel per mansionem in excommunicatione per annum deficiente purgatione, iuxta cap. *Excommunicamus*, Extravag., *de haereticis*<sup>5</sup>; vel dum timore mortis actus haereticales exterius tantum fecit, ut de Marcellino dicitur<sup>6</sup>; vel simili timore verba haereticalia absque intentione protulit; vel si per falsos tes-

<sup>1</sup> Ci. DIC art. *Constance (Concile de)*, t. III P\* |» c°l- 1208, 1210.

<sup>2</sup> Ci. art. *Bâle (Concile de)*, t. 11. P. I, col. 124.

<sup>3</sup> Aut VII ci. DTC art. (JZ/enne VI, I. V. P. L col. 979. Hic CA1ET. sequitur IOAN. DE TURRECREMATA, loc. cit. I. H, c. 103.; ROC. XIII, 435-6.

<sup>4</sup> IOAN., *Glossa* in c. 6, D. XL, col. 260.

<sup>5</sup> c. 7, *de haereticis* V, 2, in VI0.

<sup>6</sup> c. 13, c. 2, *de haereticis*, V, 7.

<sup>7</sup> Ci. IOAN. DE TURRECREMATA. loc. supra citato.

tes convincitur haereticus relapsus ; vel dum suam excusationem in causa fidei probare non potuit.

363 Ex his et similibus creditur Papam in casibus plurimis incorribilibus subesse iudicio Concilii generalis sic ut possit ab ipso deponi.

## Caput XXV

*Discussio et determinatio ad quam legem spectet determinare casus in quibus iudicio Concilii subest Papa.*

364 Dictae autem opinioni communis sententia doctorum, theologorum et canonistarum antiquarum obviat, tenens quod, si sit **catholicus, Papa non iudicatur a quocumque indicé in terris**, iuxta cap. *Si Papa*, XL D. 1 et caput *Ches*, II, q. 7 Et quoniam hinc inde multum disputatur, oportet primo videre in quo consistit haec difficultas, unde scii, quaestionis veritas pendet, quo ignorato veritas huius latet, et quo cognito veritas liquet. Nisi enim hoc sciatur continget quidem aliquem verum assequi, sed nescire se verum assecutum.

365 Sciendum est igitur, quod tota difficultas pendet ex hoc : **an iure divino vel humano Papa in casu criminis** (quodcumque sit illud) **relinquitur deponendus potestate Ecclesiae seu Concilii?** Si enim lex divina exigitur ad faciendam exceptionem hanc, sc. quod in casu criminis haeresis possit ab Ecclesia deponi, lex quoque divina exigitur statuens quod propter tale crimen, puta notorium, scandalizans et pertinax, deponi possit. Et si solum ius humanum sufficit ad statuendum quod Papa in casu haeresis est deponendus, solum quoque ius humanum sat est ad statuendum quod Papa propter notorium crimen deponatur.

i c. 6. D. XL.

» C. 13. C. II, q. 7.

j 66 **Dicentes quod ius divinum exigitur** fundant se supra hoc, quod licet Petrus potestate ministerial! Ecclesiae sit iunctus papatui, factus iam Papa, divina lege est supra Ecclesiam et Concilium : ac *per hoc nulla inferiore lege* potest subici, nec simpliciter nec in casu, Concilio, aut Ecclesiae, sed sola divina lege. Et quia *lex divina in solo* casu haeresis subdidit illum potestati Ecclesiae ministerial!, *vel* (ut aliis placet) auctoritativae, ideo in solo hoc casu ludicari deponique potest.

367 **Quod enim casus haeresis inveniatur exceptus in lege divina**, patet ex multis inductis textibus sacrae Scripturae expresse separationem ab haeretico quocumque

♦ n. 280 indicentibus \* **Quod autem solus sit exceptus**, patet ex sententia Salvatoris Matth. XXIII, [2.3]: « Super cathedram Moysi sederunt Scribae et Pharisei : omnia ergo quaecumque dixerint facite; secundum autem opera eorum nolite facere », ubi Dominus aperte statuit subditos debere audire praelatos malae vitae et bonae doctrinae. Constat autem quod doctrina ad fidem spectat, vita autem et opera ad malos mores aliorum criminum. Secundum igitur sententiam Domini audiendi sunt fideles praelati, quamvis mali. Confirmatur quoque eadem sententia a Petro Apostolo in prima epistula, II cap., [18]: Obedite praepositis vestris, « non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. »

368 **Dicentes autem quod ius divinum non exigitur**, sed Deus reliquit hoc in manu consilii humani, sicut et multa alia, fundant se super hoc, quod opus pure humanum, secundum se nec bonum nec malum moraliter, subiacet plenariae legi humanae ; coniunctio autem inter Petrum et Papatum est opus pure humanum quandoque bonum, quandoque malum ergo subiacet plenarie legi humanae, ac per hoc lex humana disponere potest de illa coniunctione, quod, quando est bona, perseveret, quando mala, dissolvatur.

q Dixi : opus pure humanum, ad differentiam operationum sacramentalium quae non sunt pure humanae. In coniunctione autem Petri cum Papatu sola humana actio intervenit, coniungens electionis actu utrumque, supponendo materiam formae, ut patet ex hoc quod, si cessat a papatu ut Coelestinus [v] fecit, nihil divini operis in se restat, sicut restat in episcopo renuntiante et in sacerdote degradato potestas ordinis a Deo data : « sine poenitentia » namque « sunt dona Dei », ut dicitur ad Rom. XI, [29].

Dixi : secundum se nec bonum nec malum moraliter, ad differentiam actuum secundum se bonorum : ut credere amareque Deum etc., et secundum se malorum : ut blasphemia Dei, mendacium et similia ; haec enim naturali divinoque iure regulantur. Coniunctio autem Petri cum papatu quandoque bona est, ut patet in tot sanctis Romanis Pontificibus, et quandoque mala, ut patet in multis eisdem sceleratis quos utinam nescire licuisset.

371 Et confirmatur: quia potestas ministerialis existens in Ecclesia ad coniunctionem Petri et Papatus regulatur humana lege, ut patet de actu electionis Papae, qui irritus et nullus ab humana lege, si non servatur, redditur. Unde sicut Bonifacius Papa et Martyr promulgavit quod in casu haeresis potest Papa iudicari et deponi \* potest alia lege humana promulgari, quod pro simonia in beneficio possit deponi, et sic de aliis maximis excessibus, observata consonantia legis humanae ad naturalem et divinam. Et etiam sine nova lege, quia in defectu manifesto humanae legis locum habent gnomo et epicheia posset Papa ex notorio excessu scandaloso et incorrigibili deponi, sicut pro haeresi.

372 Si quis autem diligentius perspiciat, videbit quod **divina lege opus est statuente casus depositionis**

**Papae, nec ulla lege humana potest, aut potuit hoc fieri:** quod probatur ex ratione humanae legis brevissime et clarissime sic. Omnis lex ecclesiastica potest tolli et mutari a Papa : ergo nulla lege humana potest contra Papam invitum procedi. Antecedens constat ex eo quod est dominus iuris positivi. Consequentia est evidens : quia ex quo potest tollere legem et non vult subire ipsam, tollet eam, et sic nihil contra eum fiet. Et licet haec ratio sufficiat, quia Papa divina auctoritate hoc potest, et nulla devolutione, interceptione, inchoatione, appellatione, suspensione, aut quovis alio termino potestas sua minuitur aut impeditur in his quae sunt positivi iuris, attamen ex propriis rationibus potestatis ecclesiasticae concurrentis ad propositum, idem ostenditur.

373           Quadruplex a namque potestas hic nominatur. Primo potestas papalis, de qua cum par in parem non habeat imperium, non oportet sollicitari.

374           Secundo, potestas Ecclesiae seu Concilii supra Papam simpliciter et absolute, et haec nihil est, sed chimera. Unde nullum effectum in mille quingentis annis in Ecclesia Dei habuit : omnia enim iura positiva subiecta sunt et fuerunt semper Papae, velit nolit Concilium, testante hoc universalis Ecclesiae per orbem diffusae || observantia.

Tertio, potestas auctoritativa Concilii supra Papam in casu criminis, puta haeresis ; et haec potestas, licet minus rationabiliter poni videatur, verumtamen attestatur proposito: quia ponentes eam in solo casu, a divina lege statuto, dicunt eam posse exire in actum.

376           Quarto, est potestas ministerialis Ecclesiae, quae habet pro obiecto coniunctionem personae cum papatu. Et haec etiam

• Sic ed. C. — Ed. R.: quatriplex.  
b ed. R. el C/. diffuse.

attestatur proposito : quia cum ipsa non se directe extendat supra coniunctionem Petri et papatus in facto esse, sed in fieri : quia nihil potest supra coniunctum, scii. Petrum Papam utpote superiorem iam nominatum, ac per hoc ministerialiter constitutum — consequens est, quod ad ipsam non spectat determinare dispositiones coniuncti, scii. Petri Papae disponentes ad dissolutionem coniunctionis. Nam dispositiones tales adveniunt coniuncto iam facto, ad quod non se extendit potestas ista. Et propterea, nisi divino aut naturali iure dispositio Petri Papae ad dissolutionem determinata sit, potestas ista non potest exire in actum dissolvendi, utpote non habens patiens dispositum, nec potens per seipsam illud disponere, determinando quae est dispositio subiciens subiectum, scii. Petrum Papam tali potestati.

377 Et ex hac conclusione, scii, quod **lex divina** **exigitur statuens casum depositionis Papae**, patet quam ignoranter procedant quotquot ex vi canonici iuris procedunt ad ostendendum quod Papa ex crimine notorio, scandaloso et incorrigibili deponi potest, ut Glossa super cap. *Si Papa*, D. XL 1 et super cap. *Achaius*, XXIV, q. 1 2, nesciens quid dicat, erravit cum tota multitudine sequacium. Oportet namque ex iure divino casus invenire sublectionis Papae ad Concilium, ex quo iure divino ipse absolute est supra Concilium et universam Ecclesiae communitatem. Et hic iacet lepus : non est hac illacque amplius vagandum. Unde ipsamet Glossa veritate inducta dicit quod Papa non potest statuere quod non possit iudicari de haeresi : hoc enim ideo verum est, quia divino, non humano iure iudicium hoc in casu haeresis statutum est : nam iuris humani Papa est dominus.

» IOAN., *Glossa* in c. 6. D. XU coi 260.

2 Id., *Glossa* in c. 1. C. XX V. <1' coi. ,878.

378  
◆ n. 368

Ratio autem in oppositum allata \* non concludit oppositum : quoniam opus humanum indifferens subici humanae legi, potest intelligi dupliciter. Primo quoad modum fiendi : et sic est verum. Secundo, quoad ipsum fieri secundum suam substantiam : et sic est falsum, ut patet de abscissione ligni vel ferri. Praecidi siquidem potest bene et male moraliter, et lege humana determinari potest quando bene et quando male; sed non spectat ad humanam legem si potest vel non potest praecidi, sed ad naturalem potentiam praecisoris et dispositionem subiecti caedendi. Unde in proposito humanae legi subicitur modus actionis, quo coniunctio Petri et papatus fit, aut dissolvitur. Sed si potestas ista potest exire in actum, ex altiori pendet principio : nam non potest exire in actum coniunctionis nisi vacante Sede, et tunc in subiectum dispositum, scii, christianum voluntarium, — depositionis vero nisi disposito subiecto, aut per recessum a christianitate, aut per recessum a voluntario, ut patet de Papa haeretico vel renuntiante. Propter quod non potest lex humana statuere, quod coniunctio papatus et Petri, quando est mala propter alia crimina ab haeresi dissolvatur. Non potest, dico, efficaciter statuere coactive : quia Papa criminosus posset illam legem tollere, cum par in parem non habeat imperium.



## Caput XXVI

*Quoi casus criminum sunt diuina lege statuti, ut possit Concilium Papam deponere.*

379 Quia igitur ad solam divinam legem spectat determinare casus depositionis Papae, in ipsa et ex ipsa scrutari oportet, quot sunt casus depositionis Papae, et ut probabitur solus casus haeresis est a lege divina, in quo Papa potest deponi ab Ecclesia, sive auctoritativa, sive ministerial! potestate non curando in proposito.

380 Probatur hoc tripliciter, scilicet, ratione ex principiis theologis certis, et auctoritate sacrorum doctorum \* et definitione sacrae Scripturae \*  
»■386  
n. 397

381 Ratio est ista: constat quod, secluso Papa, in Ecclesia est potestas electiva Papae, seu applicativa papatus ad Petrum, quae, quomodocumque vocetur, habet pro obiecto coniunctionem personae et papatus in fieri et in dissolvi, ut patet de actu electionis, quo Petrus fit Papa, et de actu depositionis, quo Petrus Papa haereticus incorrigibilis deponitur.

382 Constat etiam quod ad hoc quod Petrus fiat Papa efficaciter, ita quod sit Papa, et consequenter ad hoc quod potestas illa Ecclesiae exercent actum constructivum coniunctionis efficaciter inter Petrum et papatum, aliquae dispositiones requiruntur Petro de necessitate simpliciter, aliquae ad bene esse. Requisitae de necessitate simpliciter sunt duae, scilicet esse voluntarium, et esse christianum. Numquam enim aliquis quantumcumque electus est Papa, nisi consentiat, et similiter non

est Papa, nisi sit membrum Christi. Secunda dispositio exigitur de iure divino; et quia ordo gratiae praesupponit ordinem naturae, prima dispositio exigitur de iure naturae. Requisite autem dispositiones ad bene esse sunt: boni mores, scientia ecclesiastica, caritas, experientia regiminis, et huiusmodi. Sine his enim Petrus, si est electus et acceptat, est Papa, quamvis ineptus et malus.

383        Constat etiam quod, quia facilius est destruere quam construere, duabus simul requisitis necessario conditionibus ad constructionem, quaecumque earum deficiat, dissolvi potest coniunctio ista. Namque si Petrus non vult amplius esse Papa, potest renuntiatione dissolvi coniunctio ista; et dissolvitur dum acceptatur renuntiatio, ut patet de Coelestino [v] Et rursus si Petrus Papa labetur in haeresim incorrigibiliter, potest deponi invitus, ex quo desiit, quantum est ex se, esse membrum Christi, sicut in primo casu desiit esse voluntarius.

384        Haec omnia certa sunt; ex quibus necessario sequitur ut deficientibus in Petro conditionibus, quae non sunt necessariae simpliciter, sed ad bene esse, non propterea sit dispositus ut possit dissolvi coniunctio ista, ut possit attingi Petrus a potestate depositiva. Nam dispositiones illae, quae non requiruntur in subiecto ad hoc quod uniatur efficaciter formae, sed tam cum eis quam cum suis contrariis uniri potest formae et constituere compositum, non sunt tales ut earum contrariae pertineant ad dissolutionem compositi. Quod est dicere, quod si Petrus sceleratissimus et crimosissimus et scandalosus et incorrigibilis, christianus tamen et consentiens, fit et est Papa, si eligatur, oportet quod huiusmodi crimina supervenientia Petro iam Papae aut perseverantia, etsi reddant ipsum malum Papam, et non solum malum hominem, ut prius, non tamen reddunt

I Cf. supra n. 287.

ipsum deponibilem. Ex quo enim ad bene esse Papae requiritur bonitas, et non ad esse Papam, consequens est quod malitia ad male esse Papae, et non ad non esse Papae spectet: ac per hoc, sicut non spectat bonitas ad esse, quod est effectus electionis, ita malitia non spectat ad non esse, quod est effectus depositionis.

385 Ex his patet ratio, et potest formari breviter sic. **Sola contraria conditionibus necessario requisitis ad esse Papae reddunt Papam deponibilem: sed inter crimina infidelitas contrariatur conditionibus necessario requisitis ad esse Papae: ergo sola infidelitas inter crimina reddit Papam deponibilem.** Prima propositio patet ex hoc quod depositio est non esse Papae, et unumquodque in suo esse perseverat, si contrarium non supervenit. Numquam enim homo desineret esse, si non superveniret aliquod contrarium illi esse, et simile est in aliis. Secunda autem propositio probata est: quia cetera unita contrariantur conditionibus requisitis ad bene esse Papae. Hanc rationem vellem in statera poni, et non frivolas et apparentes, per accidentia vagantes. Haec de primo \*

380

386 **Auctoritates sanctorum sunt in primis Anacleti Papae et Martyris: et habetur D. LXXIX, cap. *Erectionem*.** Si namque Papa posset propter crimina deponi sicut alii episcopi, frustra dixisset quod « eiectionem summorum Pontificum sibi Dominus reservavit

w Deinde Bonifacii [i] Papae et Martyris, et habetur D. XL, cap. *Si Papa:* \* Nisi sit, inquit, a fide devius Papa, redarguere eius culpas mortalium nullus praesumit 2 », ubi solum infideli-

\* c. II, D. LXXIX.

2 C. 6, D. XL.

tatis crimen subicit iudici a quo Papa potest iudicari : quem constat esse universalem Ecclesiam, seu Concilium generale. Ab eodem enim excipit, a quo negat redarguendum fore.

- 388 Sanctus quoque Eusebius Papa, et habetur II, q. VII, in cap. (*Does* : « Oves quae suo pastori commissae sunt, eum nec reprehendere nisi a fide exorbitaverit, nec ullatenus accusare possunt \ »
- 389 Sanctus Anterius Papa et martyr, et habetur IX, q. III, in cap. *Facta* inquit : « Facta subditorum iudicantur a nobis, nostra vero iudicantur a Domino “. \* Et quod loquatur de factis peccatorum, patet ex eo quod subdit : « Deteriores sunt qui vitam moresque bonorum corrumpunt his qui substantiam aliorum praediaque diripiunt. »
- 390 Sanctus Beda, et habetur IX, q. III» cap. *Episcopo*, tractans de iudicio peccatorum ait : « Sola enim Romana ecclesia sua auctoritate valet iudicare de omnibus ; de ea vero nulli iudicare permittitur<sup>3</sup>. »
- 391 Sanctus Bernardus, Innocentio II scribens, inquit : « Quis faciet mihi iustitiam de vobis : si haberem iudicem ad quem vos trahere possem, iam nunc ostenderem vobis — ut parturiens loquor — quid mihi imminet. Exstat quidem tribunal Christi, sed absit ut ad illud appellem vos <sup>4</sup>. »
- 392 Thomas in IV Sent., D. 19, q. 2, a. 2, qa. 3, ad 2 dicit : « Quamvis praelati sint corripiendi a subditis, non tamen est poena infligenda, sed recurrendum est ad superiorem denunciando ; vel si non habet superiorem, ad Deum, ut eum emendet, aut de medio tollat. » Et ibidem ad Ium, exceperat crimen

<sup>1</sup> C. 13, C. II, q. 7.

<sup>2</sup> c. 15, C. IX, q. 3.

<sup>3</sup> c. 9, C. IX, q. 3.

<sup>4</sup> s. BERNARDUS, *Ephi.* CCXIII, in prin.; PL 182, 378,

infidelitatis, cum dicit : « Praelatus minor fieret si in infidelitatem laberetur, et subditus fidelis maior. »

393 Et licet hae auctoritates deberent sufficere ad promulgationem divini iuris, quia tot sanctorum sunt, et « Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines », ut dicitur, 2 Petri I, [21 ], ad maiorem tamen firmitatem debilius adsunt Symmachus Papa in cap. *Aliorum*, IX, q. 3 dicens: « Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare: sed Sedis istius praesulem suo sine quaestione reservavit arbitrio<sup>1</sup>».

394 Et quod loquatur de causis peccatorum, patet ex eo quod subdit, dicens : « Voluit beati Petri Apostoli successores caelo tantum debere innocentiam et subtilissimi discussoris indagini inviolatam habere conscientiam. » Et excludens objectionem subdit: « Nolite aestimare eas animas inquisitionis non habere formidinem, quas Deus prae ceteris suo reservavit examini etc. »

395 Innocentius III in Sermone consecrationis Papae dicit : « In tantum mihi fides est necessaria, ut cum de ceteris peccatis Deum iudicem habeam, propter solum peccatum quod in fidem committitur, possem ab Ecclesia iudicari . » Bonifacius quoque VIII, in Extravagant! *Unam sanctam*, dicit: « Si deviat suprema potestas, a solo Deo iudicatur | », ut superius allegatum est \* Albertus Magnus, Petrus de Palude, Hervaeus, Ulricus, Augustinus de Ancona et alii quos refert dom. Ioannes de Turrecremata in lib. de Ecclesia, hanc viam secuti sunt, quibus magis credendum est quam canonistis multis, ad quos non spectat, nisi secundo de iuris divini re-

<sup>1</sup> c. 14, C. IX, q. 3.

<sup>2</sup> INNOCENTIUS III, *Sermo II, de consecratione Pontificis maximi*; PL 217, 656.

<sup>3</sup> DENZ.-BANNW., 469.

<sup>4</sup> IOAN. DE TURRECREMATA. *Summa de ecclesia*, II, 93; ROC., XIII, 418-419. Cf. supra n. 150.

bus tractare, sicut de usura, sacramentis Ecclesiae, haeresibus,  
\* n. 380 el huiusmodi. Haec de secundo \*

396 **Divina Scriptura** solum casum haeresis aperte  
\* n. 280 excipit, dum, ut supra allatum est,\* haereticos separandos ab  
Ecclesia instituit, et sanae doctrinae praelatos, malorum autem  
morum tolerandos constituit. Hoc enim nihil aliud est quam  
dicere : pro solo haeresis crimine deponendum instituimus, quan-  
tum est ex divina lege, praelatum, ac per hoc iuri humano  
reliquas depositionis causas dimittimus, quoad subditos iuri hu-  
mano. De non subditis enim nullus statuit. Et de haeretici  
quidem separatione exstant textus Pauli Apostoli et Ioannis  
\* n. 280 Evangelistae iam dicti \* De toleratione vero, immo obedien-  
tia et audientia malorum praelatorum fidelium, exstat sententia  
Domini Matth. XXIII, [2] : « Super cathedram Moysi etc. », et  
Petri Apostoli : « Obedite praepositis dyscolis », qui iam in-  
\* n. 367 ducti sunt \*

397 Et nunc adiungitur sententia Domini, Luc. XII, [42-46],  
manifestans iudicium Papae mali in seipsum et in proximum  
agendum per ipsum Dominum, dum respondens Petro ait:  
« Quis putas est fidelis dispensator et prudens, quem con-  
stituit Dominus super familiam suam etc.. » Et subdit de eo-  
dem : \* Quod si dixerit servus ille in corde suo : moram facit  
dominus meus venire, et coeperit percutere servos et ancillas,  
et edere et bibere et inebriari, veniet dominus servi illius in  
die qua non sperat et hora quam nescit, et dividet eum  
partemque illius cum infidelibus ponet. »

398 Ubi notandum est primo, quod ad litteram loquitur de  
servo constituto super familiam, id est Ecclesiam, ut Glossa  
interlinearis exponit <sup>1</sup> : quod patet ex officio, sc. « ut det

<sup>1</sup> Glossa interlinearis in Luc., XII, 42. Apud NICOLAUM LYRANUM V 873

illi in tempore tritici mensuram », et ex praemio: \* beatus ille servus, quoniam super omnia bona sua constituet eum ». In quo apparet differentia, ut Glossa dicit \ inter subditum et praelatum beneficientem: quia subdito promittitur quod praecinget se Dominus et transiens ministrabit illi, praelato vero quod super omnia bona sua est constituendus.

399 Notandum est secundo, quod distinguit manifeste crimina tria: in seipsum, in proximum, et in Deum; ac per hoc comprehendit omnia. In seipsum, per gulam et ebrietatem, scriptum est enim: « Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiciet vitam » Eccli. XXXVII, [31]. In proximum, per percussione[m] suae curae commissorum utriusque sexus. In Deum, per infidelitatem, et non describit dispensatorem criminis in Deum per infidelitatem, sed in seipsum et in proximum. Et dicit servum talem confidentem in mora Domini iudicandum a Domino per mortem, qua dividetur a familia, et per damnationem aeternam cum infidelibus.

400 Haec manifesta sunt in littera; et clare ostenditur quod diximus, scii, quod quantum est ex lege divina, praelati de criminibus ceteris a Domino iudicandi statuuntur, de infidelitate autem Ecclesiae iudicio dimissi intelliguntur. Ac per hoc si alii praelati non subessent iuri humano quod supra apposuit suis subditis alias causas criminum iudicandas, ab Ecclesia non essent indicandi et deponendi nisi pro infidelitate, sicut Papa, qui, quia soli divino iuri subest in casibus a divino iure toleratis, nulli subicitur. Quia enim sola negatio statuti casus a iure divino quoad Papam soli divino iuri subiectum sufficit ad constituendam legem, quod non potest iudicari aut deponi, nullo magis expressa tolerantio casuum in iure divino constituit

<sup>1</sup> *Glossa ordinaria* in eundem locum. V. 44. Ibid.. V, 874. (Inter opera WALFRIDI STRABI. PL 114. 299 C.)

ipsum tolerandum, alios autem tolerabiles, si a superveniente iure positivo, cui subiecti ex divina lege sunt, permittantur.

401 Unde inter Papam et alios, quoad casum criminis iudicandi et puniendi ab Ecclesia, tantum interest, quod in Papa locus ab auctoritate divini iuris negative efficacissimus est: quia soli illi iuris subiectus est. In aliis autem nec toleratio, nec negatio divinae legis efficax est: quia quod superius ius non statuit, aut tolerat, inferius ius potest et statuere et punire, ut manifeste patet in contrahendis matrimoniis, et administratione sacramentorum, in quibus multa permissa ex divino iure prohibita sunt ab Ecclesia in sibi subditis.

402 Et si absque velamine aliquo obumbrante, sententia Domini perspiciatur, apparebit quod **propter praelatum**, qui **nullum habet supra se nisi Dominum**, utpote constitutum super reliqua familia Domini absentis, **promulgata est haec sententia**: quod etiam ex eo habetur quod constitutus super familia absentis Domini neminem timere describitur, nisi Domini adventum, in cuius mora confisus, tamquam neminem habens supra se, peccare coepit. De praelatis namque habentibus superiorem potestatem in hac vita non consonat quod in sola mora Domini confidant: quia habent statim superiorem iudicem, quem timeant ultorem. Nonnihil quoque ad hoc confert, quod Petro futuro Papae haec Dominus dicit.

4Q3 Ex his auctoritatibus perspicaciter intellectis habetur, quod **pro reliquis criminibus manifestis non est Papa deponendus**. Docens enim Dominus: « Secundum opera malorum praelatorum nolite facere \* », proculdubio de notis operibus loquebatur, de quibus dixit: « A fructibus eorum cognoscetis eos <sup>1</sup>. » Ne autem propter adiunctam scan-

• n. 367

<sup>1</sup> Matth. VII. 16.



dali rationem deponendum putares, docuit Math. XVIII, [8], quod pes, manus vel oculus, non tamen caput, scandalizans amputaretur, instruens ad litteram, quod si aliquod nobis opportunum, ut manus, pes vel oculus scandalizans occurreret, praescindendum esset. Secus autem de organo habente officium capitis sentiebat, numquam dicens : Si caput tuum scandalizat te, abscinde illud, et proice abs te. Hanc auctoritatem, qui credit Iesum Christum, Dei virtutem et sapientiam, omnia providentem et cunctis providentem, non spernet, sed reverenter considerabit non casu nominasse Dominum manum, pedem et oculum, membra summe necessaria, et tacuisse caput; sed ideo non esse mandatam praecisionem capitis scandalizantis, quia nec propter scandalum caput simpliciter praecidendum est. Dico autem: simpliciter, ad differentiam capitis in hac vel illa ecclesia, quia quantumcumque caput huius vel illius ecclesiae praecidatur, semper restat caput Ecclesiae in terris, Papa scilicet. Patet igitur, quod nullum extra infidelitatem crimen notorium ac scandalizans depositionem Papae inducit. Haec de tertio .

## Caput XXVII

*In quo respondetur rationibus factis in cap. XXIV ad probandum, quod Papa ex alio crimine quam haeresis potest deponi ab Ecclesia.*

- 404 Manifestata sufficienter veritate quod scii, si Papa est fidelis, nec iudicari nec deponi potest ab Ecclesia pro quocumque alio crimine quantumcumque notorio et scandaloso, superest allatis in oppositum satisfacere.
- 405 Ad primum ergo motivum ex parte criminis<sup>1</sup> neganda est sequela, quia nec maior, nec par ratio est de haeresi et aliis criminibus. Et ratio iam tacta est, quia scilicet infidelitas spectat ad non esse, alia autem crimina ad male esse Papae. Cum ergo dicitur: aut hoc est ratione gravitatis aut nocumenti, dico quod divisio non est sufficiens, quia datur tertium, sc. quod est ratione status. Infidelitas enim mutat statum hominis: quia facit, quantum est ex parte hominis, de christiano non christianum. Odium autem Dei, licet sit gravius peccatum, ac per hoc lacias hominem peiorem quam infidelitas faciat, non tamen facit de christiano non christianum.
- 406 Nec obstat quod haereticus restat christianus invitus ex caractere, quia quod non voluntarie habetur, non est ab homine in quantum homo, ut in principio lae Hae S. Thomae dicitur. Propter quod fides, informis saltem, et character non

<sup>1</sup> S. THOMAS, *Summa Theologiae*, Ia Hae q. 1, a.

sunt duo constituenta distinctos status humanos ecclesiasticos, sed unum et eundem statum christianitatis constituunt complete, concurrente utroque: altero ut humano, sc. fide, quae non est, si non est voluntaria, et altero ut hominis, scii, caractere, qui et sine voluntate acquiritur, ut patet in pueris, et invite conservatur, ut patet in haereticis. Propter quod sublata fide mutatur status christianitatis, in quantum erat humanus, quod est mutari ipsum eo modo quo per hominem mutari potest. Mutatio autem status christianitatis extra christianos hominem ponit ex propria natura; et propterea crimen haeresis non ratione maioris gravitatis, sed mutationis status deponendum constituit Papam, alia autem crimina non.

407 Et licet haec responsio sufficiat etiam ad alterum membrum de nocumento: sciendum tamen est quod aliud est loqui de nocumento per se annexo peccato, et aliud de nocumento annexo **per accidens**, quia sc. est in isto homine sic disposito. Si enim loquimur de nocumento per se, maius nocumentum est annexum haeresi Papae, quam cuicumque alteri crimini: quia haeresi quantum est ex se adhaeret doctrina haeretica, quae in capite quantum ex se est induceret haeresim in Ecclesiam universalem: quo maius nocumentum inferri nequit. Si vero loquimur in isto qui non docet haeresim et bene gubernat et dispensat, hoc est **per accidens**: et ideo despiciendum.

408 Ad aliam probationem \* scii, quod non invenitur in Scriptura sacra expressum, quod magis sit pro haeresi Papa deponendus quam pro alio crimine, iam patet responsio, quod non invenitur quod magis pro hoc quam pro alio, sed invenitur in sacra Scriptura quod pro sola haeresi est devitandus et declinandus, ut patet ex textibus inductis \* Unde non est verum quod sit hoc refictum interpretationi doctorum et canonum,

*i. 280*

nisi sicut explanantibus, quo modo etiam articuli *fidei* sunt relictis *doctoribus et canonibus* sacris. Sed sicut articulos fidei declarare, non mutare possunt doctores et canones, ita legem hanc divinam declarare, non mutare, addendo aut subtrahendo possunt.

409      Ad tertiam probationem \* dicitur, quod illa maxima: qui potest in maius potest in minus, si *philosophice* discutienda est, invenitur *falsa, tam de actu quam de obiecto, quam de effectu*. Intellectus enim qui potest in actum maiorem, scii, intelligere, non potest in actum minorem, puta odorare. Similiter visus qui potest in obiectum maius, puta lucidum, non potest in obiectum minus, puta sonum. Virtus quoque generative hominis potest in effectum maiorem scii, hominem: homo enim generat hominem, et tamen non potest in effectum minorem, puta leonem. Si autem politice discutienda est, ut Innocentius m in dicto cap. *Æx parte*, D. Ill, inducit sub aliis verbis: scii, cui concessum est maius, minus quoque concessum esse videtur', dicitur quod intelligenda est ceteris paribus. Modo autem cetera non sunt paria, quia in crimine haeresis, quod est maius crimen, subiectum mutavit christianitatis statum; in aliis vero criminibus minoribus subiectum permanet in eodem christianitatis statu. Et haec est vera responsio ex parte criminis maioris et minoris.

410      Ex parte autem maioris vel minoris effectus iudicii, negatur minor: quia maius esset iudicare Papam in statu christianitatis de adulterio, quam iudicare ipsum a christianitate ruentem de haeresi: quia m primo attingitur superior status gradus quam in secundo, ut patet.

411      Ad secundam rationem, ex parte sc. actus \* dicitur quod fallacia consistit in hoc, quod aliud est auferre <da-

† c. 27, X, de *decimis*, 111, 30 Cf. n. 356.

dium, resistere, impedire, et huiusmodi : et aliud est facere ipsamet **auctoritative**. Auferre namque gladium de manu furiosi, resistere tyranno, impedire oppressorem et huiusmodi, cuiuslibet licet et debitum est ut actus virtutis. Sed facere ista auctoritative, soli superiori licitum est. Unde licet cuiuslibet liceat vim in se et in proximum vi repellere cum moderamine inculpatae tutelae, non tamen cuiuslibet licet punire eum qui vim infert. Et similiter quamvis quilibet licite possit Papam invasorem se defendendo occidere, nulli tamen licet Papam propter homicidium punire poena mortis. Unde huiusmodi argumenta et similia non concludunt auctoritatem iudicis ad puniendum, sed cuiuslibet privati debitum ad resistendum, impediendum defendendumque, nisi quis adeo desipiat, ut dicat quemlibet esse iudicem cuiuslibet.

412 Resistendum est ergo etiam in faciem Papae publice dilanianti Ecclesiam: verbi gratia, quia non vult dare beneficia ecclesiastica nisi pro pecunia, aut commutatione officii, et cum omni reverentia et obedientia neganda est possessio talium beneficiorum his qui emerunt, et alleganda est causa simoniae etiam cum Papa commissae. Et sine dubio principes saeculi et clerus gladium de manu furiosi sic cum modestia tollerent. Multae quoque sunt viae, quibus absque rebellione principes mundi et praelati Ecclesiae, si vellent uti, resistantiam, impedimentumque abusus potestatis afferrent. Sed quando principes et praelati non curant nisi quasi somniando, cur conqueruntur quod non potest deponi ? Cur opponunt quod potestas data est « in aedificationem, et non in destructionem | ? Abusui namque potestatis qui destruit obviam eant congruis remediis, non obediendo in malis, non adulando, non tacendo, arguendo, advocando Illustres ad increpandum, exemplo Pauli et praecepto eiusdem :

\* n. 416 « Dicite Archippo : Vide ministerium quod accepisti in Domino ut illud impleas», ad Col. ult. [IV, 17] etc. Et parum aut nihil abuteretur potestate. In responsione tamen ad quintum \* habebis ultimam satisfactionem huius argumenti.

413           Ad tertiam rationem, ex parte ipsius Papae  
n- 358 dicitur quod etiam est fallacia: nam aliud est purgatio ad removendum scandalum, et aliud est purgatio ipsa coram iudice. Ad primam tenetur Papadeiure divino, ad secundam non. Unde Damasus non coram quadraginta episcopis se purgavit, ut patet II, q. 7, *Nos si incompetenter*. Et Gregorius [I] ipse testatur, quod ex humilitate exhibuit se ad iudicium, ut patet II, q. 7, cap. *Petrus*, ubi ipse Gregorius dicit : « Petrus potestatem regendi acceperat<sup>†</sup> et tamen idem Apostolorum primus querimoniae contra eum a fidelibus factae, cur ad Gentes intrasset, non ex potestate officii qua posset dicere : Oves pastorem suum non accusent, nec reprehendant, sed ex auctoritate divinae virtutis, qua Gentiles acceperant Spiritum Sanctum, respondit. » Ubi apparet quod ipse imitatus est Petrum Apostolum, non utendo potestate sua, et quod potuisset illa uti.

414           Ad quartam, ex parte Ecclesiae ut sponsae  
3j) breviter dicitur: primo, quod Papa non potest invitam Ecclesiam deserere, quia non potest iuri Ecclesiae renuntiare. Praelatus enim est propter Ecclesiam et non e converso, ut super epistulam ad Col. in fine Divus Thomas dicit<sup>3</sup>. Secundo, quod non est par ratio ex utraque parte : quia Ecclesia est subdita Papae et non e converso ; nec etiam in lege Moysi uxor poterat dare libellum repudii

\* c. 41, C. II, q. 7.

» C. 40. C. II. q. 7.

<sup>3</sup> S. THOMAS. *Expositio in cptst. ad Coto*», c. 4. led. unica ; ed. Marielti jj [45

viro. Nec est periculum de ipsius dilaniatione : quia scriptum est : « Portae inferi non praevalent adversus eam . »

415 **Ex parte vero Ecclesiae ut communitatis liberae, breviter dicitur, quod licet sit libera libertate gratiae, est subdita tamen secundum Jurisdictionem Papae.** Unde ipsa Ecclesia non abdicavit a se potestatem supra principem : sed Iesus Christus dominus Ecclesiae non subiecit eam ipsius communitati Ecclesiae, sed suo Vicario, et propterea nihil potest supra suum principem. Non sic est de aliis communitatibus, de quibus affertur Aristoteles

416 **Ad quintam, ex parte divinae providentiae**  
1.360 **et operationis immediate et perfecti operis \*** dicitur quod Deus perfecte Ecclesiae corpus fecit, disposuit, ac ordinavit, ita ut ordinatissimum optime exstet et nihil opportunum desit illi. Et cum dicitur : ergo est relictum Ecclesiae remedium contra Papam fidelem criminisum etc., concedendum est ; sed cum infertur : ergo Ecclesia potest illum incorrigibilem deponere, membrum illud abscindere et huiusmodi, respondetur quod est sophisma consequentis a superiore ad suum inferius affirmative : a provisione et remedio in communi ad hanc provisionem, seu hoc remedium, ac si non esset alia provisio et aliud remedium. Dicendum est enim, quod Iesus Christus **altioris ordinis remedium reliquit** in Ecclesia ad repellendum sui proprii vicarii incorrigibile scandalosumque regimen.

117 **Ad cuius evidentiam sciendum est, quod sicut in naturalibus divina sapientia inferiora per media, et media per supremas causas secundas gubernat, ita in supernaturalibus, inter quae est ordo gratiae, fidei et Ecclesiae super illam fundatae,**

1 Matth. XVI. 18.

2 Cf. supra n. 359.

inferiora per media, et media per supremas causas secundas supernaturales gubernat. Rursus, cum causae effectibus proportionales sint, ut superioribus effectibus superiores causae respondeant, et inter causas secundas **providentia humana Ecclesiae auctoritate fulta inferioris ordinis causa sit quam oratio**, quae in supremo ordine secundarum causarum locata est a Deo - quod ex eo palet, quod tota creatura corporea et incorporea subiecta est illi -, et provisio supra Papam fidelem sit inter supremos effectus in Ecclesia, consequens est, quod sapientissime Deus **disposuit remedium in Ecclesia supra fidelem Papam, non providentiam humanam, cui subiecit reliquum Ecclesiae, sed orationem**. Nec est minus efficax causa secunda oratio Ecclesiae pro se petens necessaria ad salutem perseveranter, quam providentia humana : cum constet quod cuiuslibet particularis personae oratio pia perseverans, petens necessaria ad salutem pro se, est causa efficacissima et infallibilis, ut diffuse habes in III Contra Gentes a B. Thoma, cap. 95 et 96.

418 Unde si necessarium est ad salutem Ecclesiae quod Papa talis auferatur, sine dubio oratio sic conditionata auferet illum de medio. Et si non est necessarium quod auferatur, quid causamur bonum Dominum, qui negat quod volumus et tribuet quod malleamus? Si est necessaria eius ablatio, non potest non auferri ab eo rogato, qui promisit quod nihil deesset timentibus eum \ Si non est necessaria divino iudicio, et tamen iudicio humano utilis et necessaria creditur, cur praeponis te Deo, volens illum deponere? «Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Domine suo stat, aut cadit » Iesu Christi vicarius. Non dico hoc ego,

<sup>1</sup> Cf. P». XXXIII, 10.

<sup>2</sup> Rom. XIV, 4.



sed Dominus, qui Luc. XVIII, [7] docet quod Deus multo magis quam homo « faciet cito vindictam electorum suorum clamantium ad se. » Constat enim Ecclesiam electos claudere et vindictam hanc, quia ipsi soli Domino reservata est, ab ipso prae ceteris faciendam. « Non dormitat neque dormit custodiens Israel | », qui naviculae fluctuanti quarta vigilia noctis ex oratione surgens subvenit ", qui a Sennacherib exercitu Ezechiam liberavit Assueri cor mutavit ', Nabuchodonosor praedicatorum suum fecit ', Anastasium II oratione Ecclesiae percussit, Leonem etiam Papam, seu Liberium apud alios, Hilarii orationi subiecit qui etiam omnia temporalia bona superadicienda promisit ', qui demum dedit nobis Filium, et omnia donavit cum illo °.

419 Sed heu ! impletum quasi est illud : « Putasne, Filius homines veniens inveniet fidem in terra 10 ? » Nam promissio istius tam excelsae et tam efficacis causae secundae pro nihilo habetur. Oportet, inquiunt, providentia nostra puniri Papam, non divinae providentiae soli et orationibus relinqui. Quare hoc dicunt, nisi quia providentiam humanam praeferunt orationum efficaciae ? Quare hoc dicunt, nisi quia animalis homo non percipit quae Dei sunt 11. Quare hoc dicunt, nisi quia didicerunt confidere

1 Ps. CXX, 4.

2 Maith. XV. 24.

3 4 Reg. XIX, 35.

1 Esth. VIII, 1.

5 Dan. In. °°-

, 1474

• Ci. DHE. ....

«wu De h, c, pt. Ked,, ,ib» C..

■ Cf. DTC, art. *Libère*, t. IX. ' -l. col 04

ROC. XI||>

ictanus iuxta IOAN. DE TURRECREMATA. *Summa de Led*

439.

« Maith. VI, 33.

» Cf. Rom. VIII. 32.

Luc. XVIII. 8.

» Ci. I Cor. II, 14.

in homine, et non in Domino, et ponere carnem brachium suum ? Quo fit, ut si incorrigibilis existimetur quandoque Papa, in propriis vitiis manentes subditi quotidie murmurent de malo regimine, nullum orationis remedium adhiberi procurantes, nisi forte ut somniantes absque fide, et facto suo adimpleant Scripturas, quod scii, propter peccata populi regnat hypocrita<sup>2</sup>, officio sanctus, animo diabolus et detur ac conservetur Rex in furore Domini Iram enim et clementiam Dei in manibus orationum nostrarum esse Spiritus Sanctus in psalmo testatur : « Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam et misericordiam suam a me<sup>3</sup> », Glossa : quia non est amota oratio, securus esto, quia non auferetur misericordia

420 Verum ita stolidi sumus, ut nolimus orare ut debemus, et tamen velimus orationis fructum ; nolimus seminare, et velimus metere. Ut christiani non nominemur, aut Christi provisionem amplectamur: et sic phreneticum, furiosum, tyrannum dilaniatorem, dilapidatorem corruptoremque Ecclesiae, cum contingeret talem praeesse, superabimus. Sed qui nosmet non superamus nostris orationibus, quia eas non ut decet agimus, quomodo conqueri possumus, quod aliorum malorum vitam non superamus orationibus, quae non solum tectum non transeunt, sed nec orantium capita propria penetrant ? Et, quod peius est, olim conquerebatur Deus : « Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me<sup>4</sup> ». » Tempore revelatae gratiae nec labiis honoratur, quoniam nihil dicitur minus intelligibiliter quam

» 1er. XVII, 5.

» Iob. XXXIV, 30.

3 O». XU1, II.

« Ps. LXV, 19.

\*

5 cf. *Glova ordinaria* (quam libere citat Caietanus) in hunc locum, apud WALLAFRIDEM STRABUM. PL 113, 939.

b Matth. XV, 8.

divinum officium, nihil tam celeriter persolvitur quam Missa. Tempus divini officii et Missae onerosum est valde, ioci autem et negotia ac commoda saecularia distincte dicuntur et repetuntur, et absque temporis mensura delectant.

¶ Unde concluditur quod, aut abscissio Papae fidelis et incorrigibilis post humana remedia est in veritate necessaria ad salutem Ecclesiae, et oratio fit sine intermissione ab Ecclesia: et sic habetur certa et multo celsior ac efficacior provisio, quam si auctoritas deponendi humanae esset providentiae delegata. Aut non est necessaria, vel non fit oratio, ut debet: et tunc nullus est querelae locus, si in non necessariis abest provisio exterminativa: quoniam nec humana providentia extra veram necessitatem deberet illa uti auctoritate, si eam haberet, vel si nos ipsi concessio remedio efficaci nolumus uti. Quamvis etiam non sit abbreviata manus Domini, ut non possit salvare citra omnimodam necessitatem, nec aggravatae sint aures eius, ut non exaudiat citra necessitatem sed iniquitates nostrae sunt, quae dividunt inter nos et Deum nostrum, et multas malas actiones in rectoribus nostris procurant: ut Hieronymus in cap. *Audacter*, VIII, q. 1 2 et Gregorius [I], VII, q. 1 ex merito dicunt.

422 Et si contra haec instetur, quia oratio commune est remedium omnibus occurrentibus malis, in hac autem re **proprium quaeritur remedium**, sicut in ceteris rebus, ultra communem causam, propria assignanda est: **respondetur quod** supremae causae, quamvis sint causae communes respectu inferiorum, sunt tamen propriae respectu superiorum effectuum; et propterea oratio, quia est inter supremas

1 |». LIX, I.

» c. 18, C. VIII, q. I.

» c. 49, C. VU. q. 1; cf. *Decr.* GRAT. C. VIH, P. IX,

causas secundas supernaturales respectu inferiorum est causa communis; respectu autem summorum effectuum, qualis est exterminatio Papae fidelis, utpote effectus reservatus Deo, est causa propria et remedium proprium, ultra quod sunt multa alia humana adminicula, quae scripsit dominus Ioan, de Turrecremata in Lib. n de Ecclesia c. 106. Cum his tantum omnibus memento, quod pessimus Papa fidelis toleratus a Deo non potest totum corpus Ecclesiae inficere, aut in perniciem ducere et huiusmodi, ut argumenta autumant in similitudinibus corporum et huiusmodi \* Nam Deus non potest seipsum negare, de quo scriptum est: « Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum »

423           Ad sextam, quantum ad gesta Concilii Cons-  
\* n. 36/       tantiensis \*, iam dictum est quod Concilium perfec-  
              tum secundum praesentem statum Ecclesiae po-  
\* n. *itt*       test deponere incertum Papam ". Nullus enim fuit  
              illo tempore certus Papa. Quantum ad gesta Concilii  
              Basil e en sis respondet universalis Ecclesia, quae Eugenium [iv]  
              a Concilio depositum adoravit et adorat ut Papam, olim in  
              persona sua, et post in successore Nicolao V quem ipse eodem  
              anno creaverat Cardinalem, et sic deinceps, et haec responsio  
              facti testatur quantum delirent, qui Papam Concilio submit-  
              tunt.

424           Ad priscorum temporum gesta dicitur quod,  
n. 361       licet multi legantur depositi Pontifices Summi, aut non erant  
              indubitati Pontifices Summi, aut de facto non legitime depositi  
              sunt, ut in cap. 103, 11 Lib. de Ecclesia, dom. Ioannes de  
              Turrecremata manifestat diffuse

1 1 Cor. X. 13.

i ROC.. XIII. 435-436.

425 Ad auctoritatem Glossae et plurium canonistarum  
426 Canonistarum autem auctoritas in hac, quia principa-  
7M. sequentium illam, dicitur quod Glossa est contra textum,  
liter est theologa, parva est, nec maior ratione super qua  
427 se fundante, inanis est, et de iudicio auctoritatis sanctorum, qui  
extendit ad omne crimen notorium scandalizans in corrigibile.  
" 262 Spiritu Sancto inspiratum locutum, creduntur. Rursus, se-  
qua sch. « contumacia est haeresis 1. » Constat enim quod lato-  
rum ipsosmet canonistas, in materiae fidei, et magis iustandum  
vocabulo contumacia haeresis dicitur, sicut et simonia, nec  
sit antiquorum, quae a meo modernorum auctoritati illicet, in his  
C. comparanda est verae haeresi, quae mutat statum Christianita-  
tisque iuris sunt, quanto iuniores, tanto perspicaciores. Papatu-  
us. Et quamvis Glossa, quia sobrie loquitur dicens: « Credo  
tur haec sit materia fidei quia immediatum opus Dei non ra-  
etc. 2 », mereatur veniam, assertores tamen illius documentum su-  
tione naturali, sed sola divina revelatione scibile in quaestione  
per illam se fundantes, quia contra antiquam fidei doctrinam  
est, 2. obsequens est quod auctoritas est auctoritas sacrae Scripturae  
innixa Petri 21. Conciliis et theologorum universitatibus ac ca-  
nonistis posterioribus, immo quasi modernis praeponenda sit.

exerceri, quia non subest positivo iuri, illae vero quaesunt a naturali vel divino iure, habent etiam locum in Papa. Ex iure autem divino statuta est forma iudicii humani circa haereticum, ut post primam et secundam monitionem evitetur: ac per hoc, ut dictum est, potest contingere ut Papa fidelis nunc, sed bis relapsus deponi possit et debeat. Ex iure etiam naturae est, ut homo videat quae foris sunt <sup>1</sup>: ac per hoc propter actus manifeste haereticos et verba manifeste serio haeretica cognita etc., sic facta et dicta ut, humano iudicio, corde consentiente facta sint et dicta, iudicetur quis haereticus. Ex ipso quoque divino iure est, ut in ore duorum vel trium stet omne verbum, ut patet Matth. XVIII, [16]. Et ex iure naturae unicuique contra se creditur, si est sani capitis, etc. Unde ex non suspectis etc. testibus convictus quis de damnata et nota etc. haeresi, haereticus iudicabitur: et similiter, si sua sponte se confitetur haereticum, quamvis coram Deo mentiatur, iudicabitur haereticus. Ex iure autem positivo contumax et perseverans per annum, et si quis alius est eiusmodi, praesumitur haereticus.

φ 428  
n\* 0Z,

Unde primi duo casus non habent etiam locum in Papa, qui non potest excommunicari, nec iuri positivo subicitur: sed servanda est lex ab Apostolo Paulo in sacra Scriptura tradita. Similiter si timore mortis certo vel probabili, secundum humanum iudicium absque interiore consensu gesta vel verba haereticalia habuit, non deponitur Papa. Unde Petrus Apostolus, qui solo verbo negavit Christum, quia fides eius non defecit, sed caritas, teste Iesu Christo dicente: « Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua <sup>2</sup> », conversus a peccato negationis cum periurio quo per-

» I Reg. XVI. 7.

> Luc. XXII, 32.

didit caritatem, confirmaturus instituitur fratres suos non deponendus. Et hoc imitati Patres, Marcellinum, qui etiam solo exteriori actu peccasse videtur, deponendum non censuerunt, D. XXI, *Nunc autem I.*

429 Ex casibus autem in quibus propter conditiones humani iudicii iure divino vel naturali determinatas, Papa in corde fidelis, coram Ecclesia vero infidelis, deponitur, **non constituitur alius casus quam casus infidelitatis.** Nam nihil refert esse et apparere sufficienter quod ita sit secundum humanum iudicium coram Ecclesia, quae non videtur nisi quae foris sunt; nec verius iudicium ab Ecclesia exigit Deus, qui naturam hominis iusque divinum condidit. Unde ex his nulla alia subiectio Papae ad Concilium habetur, sed illa sola quae dicta est, sc. in casu haeresis proprie sumptae. Et sic, si sit catholicus, Papam non iudicat ullus.

1 c. 7, D. XXI.

Caput XXVIII

*in e<sup>o</sup>entu aliquo Paoo i*  
*S,ae. ita quod possit deponi? SUisil*

- 430 Ut promissa perficiantur, sunerest d;  
9Uo eventu sine culn» P P dIscutere an  
siae.seu Concilio i apae,subsit Papa E e-  
P<sup>o</sup>ni. Invenio siquidem notato'séx' ca  
S,a «ne culpa quidem Papae sed qU'buS  
potest Papam. P ' d °n s,ne cau«a, deponere
- 431 Primus est cum  
Probaretur quod Papa θ'TM' Unl]ersa,i Ecclesia testibus com.  
obllt' et Concilium determi a Saracenis iam  
fit, decernendo quod pro i p<sup>o</sup>V! Papae electionem, et sic  
n<sup>o</sup>VUS \* Papa;' test etiam si iste  
deponere. nUn 'Psum captivum sine ope reditus
- 432 Secundus est Cum  
Ptina dementiam, esiet inutih^ c corporalem,  
' um sanae mentis esset / oncibum per eum congrega-
- 433 Tertius est, quando C a,terum Papam creandum.  
cam electionem petri . Plnales °TMes statim post canoni-  
^SSent Pub,ik electionem. \*Orientur' quod non  
sum acceptare, alium eliget' UnC.^Ccies,a cum non teneatur  
Csse non possunt. SIC Isturn deponet, quia duo

Apud Ioan. Gerson. /je  
Ellie. du Pm Ht 222 D ~ 223 B. au^"billale p  
Π. 236 e. Ct id. De ° " ab Alesia, Conrid. 19.; ed.  
Co.,id, 8. ; iW.



434 Quartus est, quando Cardinales etiam viventes non possunt facere fidem de electione sua canonica in unum: ut videtur accidisse in schismate magno ab Urbano VI usque ad Martino V. Tunc Ecclesia deponit nolentes renuntiare, ut in Concilio Constantiensi factum est.

435 Quintus est, quando propter communem errorem aut aestimationem subditorum aut ipsorum malitiam generalem, praesumitur quod numquam praestabunt obedientiam tali qui fuit rite electus in Papam, alteri tamen noviter eligendo parati sunt obedire: ut si forte Graeci vellent ad unitatem Ecclesiae redire, dummodo tolleretur Papa iam existens, et novus rite canonice crearetur. Et confirmatur hoc ex auctoritate iuristarum dicentium religiosum professum posse uxorem ducere pro salute magnae Gentis, aut conversione ad fidem.

436 Sextus est, quando Papa verus iuramento vel voto seipsum ad cessionem obligasset, sed differret adimplere in scandalum populorum putantium ex tali facto Papae quod nec ipsi votis aut juramentis propriis obligantur: ut Ioanni XXIII contigisse videtur in principio Concilii Constantiensis.

437 Sed ex nullo eventu Concilium posse deponere Papam, quamvis ex hoc haberi possit, quod supra dictum est,\* — scii, quod eventus locum habent in his quae humani iuris determinationi subsunt, non in his, quae solius divini sunt iuris qualis est auctoritas immediate a Christo tradita, quae ad depositionem fidelis Pontificis exigitur, — examinando tamen singulos, idem apparebit inconcussum permanere.

<sup>l</sup> 372,  
377

438 In primo itaque eventu de Papa captivo duo  
431 tanguntur. Primum retrogrado ordine est, quod nulla existente spe reditus et nullo patente accessu potest per Concilium deponi. Quod primitivae Ecclesiae gestis non consonat: quia Petro servato in carcere, et sine humana spe reditus ac

accessus ad eum, quia inter tot milites « vinctus catenis », post tot custodias erat, non depositio tractabatur, sed « oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo »<sup>1</sup>, et sic per Ecclesiae orationem liberatus est.

439           Secundum, quod constituto per testes de morte, licet non ita fuerit, potest eligi alter. Et hoc non aliter verum est quam quod constituto per testes quod maritus Marthae mortuus est, licite ipsa Martha nubit alteri filiosque generat, et tamen adveniente primo marito, quod revera non erat mortuus, ad primum maritum qui solus est vere maritus redire eam oportet, alioquin adultera esset. Sic namque esset in casu hoc, redderetur quippe Papae vivo Sponsa sua, etiam non venienti, quia ubique praesens est, et ex humano errore electus Papa cessaret.

440           In secundo eventu de dementia **perpetua** dicitur  
• n. 432 quod Papa non potest deponi: sed si constat de dementia perpetua, cum sit mortuus vita rationali, secundum quam homo est subiectum papatus sine Concilio Generali possunt Cardinales procedere ad alterius electionem, utpote Sede vacante in veritate non minus quam cum Sedes vacat per renuntiationem.

441           In tertio eventu de morte omnium Cardinalium \*  
\* n. 433 dicitur quod cum Ecclesia videat solum quae foris sunt', si electio Papae non constat Ecclesiae sufficienter, tunc nullus est Papa certus Ecclesiae, et propterea Ecclesia non deponit Papam in foro suo, licet deponat Papam in foro conscientiae. Hoc autem non solum posse, sed debere ecclesiam facere, ex eo patet, quod ille posset eam decipere dicendo se electum, et tamen non esset. Unde eventus iste et quartus de defectu  
\* n. 434 probationis \* nihil aliud inferunt nisi quod Papa incertus

<sup>1</sup> Act. XII, 5. 6.

» I Reg. XVI. 7.

Ecclesiae potest deponi ; quod gratis conceditur. Sed non est quaestio de hoc, sed de Papa certo papa enim apud Ecclesiam sunt non esse et non apparere.

442 In quinto eventu **rebellionis communis** ;\* dicitur quod non sunt facienda mala ut eveniant bona, nec pericula humanis subveniendum est usurpatione divinae auctoritatis, nec debent mali ex iniquitate reportare commodum cum iniuria innocentis, non potest Papa deponi. Si enim boni faciant quod in se est, et orationi vacent sine intermissione, omnem sollicitudinem suam in eum proicientes, cui est cura de Ecclesia, impossibile est ut desit divinum adiutorium. Scriptum est enim : « Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum E »

443 In sexto eventu **dilatae cessionis post votum et iuramentum** breviter dicitur, quod licet ipse teneatur ex voto et iuramento cedere, Ecclesia tamen non potest ipsum ad hoc cogere invitum, quia potestatem coactivam super fidelem Papam non habet. Et bene hic cave: non valet argumentum: Papa tenetur ad hoc, ergo potest ad illud per Ecclesiam cogi. Patet namque quod tenetur ad sollicite vigilandum, ad non fornicandum, et infinita alia, et tamen non potest cogi ab Ecclesia, ut in canone, *Si Papa*, D. XL patet ". Quibus autem scandalum praebetur de suo periurio et voto facto, et aliis huiusmodi, praeveniens Dominus dixit : « Super cathedram Moysi sederunt scribae et Pharisei : quae dicunt facite, secundum vero opera eorum nolite facere . »

444 Et sic patet quod Papa ordinaria potestate a Iesu Christo tanta donatus est, cum ipsius est institutus Vicarius ut ei

1 P». XXXIII, 9.

2 c. 6, D. XL.

3 Matth. XXIII, 2.

Apostoli, Ecclesiae, singula membra et communitas subiecta sit ipse vero soli ipsi Iesu Christo subiectus vivat, sic ut in nullo eventu nulloque casu nisi haeresis proprie sumptae iudicari aut deponi possit, nisi ab ipso Domino Iesu Christo.

445 Pro cuius fide, Ecclesia et Apostolica Sede, haec Ipso donante, scripsi Romae die XII octobris anno salutis MCCCCXI, aetatis vero meae XLIII. Rogoque lectores omnes, ut soli veritati intenti, passiones, sectas, paternasque traditiones, casus, voluntarias glossas omnemque nebulam a mentis acie abiciant et sic censores se exhibeant rectos. Ad Dei et gloriosae Virginis Mariae et Apostolorum Petri et Pauli laudem et honorem. **Amen**“.

. i k" " ce cd. R' eglur: Iuliu<sup>s</sup> 11 Ponl. Max. Edlc,<sup>o</sup> vetui<sup>s</sup>; «e φ<sup>s</sup> ■» Wu  
rUm .Impnrat' nevc permittat. Si quis contra hinc ad XV annos  
. anathema «t, noxamqUC Iacobo Mazochio Bibliopolae pendat.  
universali» R um. "bsequitur. Tractatus de auctoritate Papae: Ecclesiae et Condii  
Florae A \*ydere imPr«sus, per Marcellum Silber al's Franck in campo  
Florae Anno salut.s MCCCCXI. Die XIX Mensis Novembris.

## TABULA CAPITULORUM TRACTATUS I

Cap. i :	Quod Papa habet supremam potestatem in Ecclesia Dei.	p. 15
Cap. ii :	Opiniones aliorum de comparatione potestatis Petri primi Papae et Apostolorum.	19
Cap. iii :	Rationabilis sententia quod Petro subiecti erunt ceteri Apostoli.	23
Cap. iv :	Solvuntur obiectiones contra determinationem factam de Petri primatu super alios Apostolos.	31
Cap. v :	Ponuntur rationes tenentium quod Ecclesia universalis seu Concilium universale habet potestatem supra Papam simpliciter, ita quod Papa sit illi subiectus.	36
Cap. vi :	Quis sit sensus quo quaestio de comparatione Concilii et Papae vertitur indubium ?	42
Cap. vii :	Quod Papa est supra potestatem et Ecclesiae et Concilii universalis ut distinguitur contra Papam.	48
Cap. viii :	Respondetur rationibus sumptis ex auctoritate Concilii Constantiensis et Basiliensis.	54
Cap. ix :	Solvuntur reliquae obiectiones contra auctoritatem Papae supra Concilium factae.	63
Cap. x :	De nova quadam fictione, qua imaginantur aliqui Concilium esse supra Papam.	77

1 Haec tabula in ed. R. immediate post Prologum inseritur. — numero» paginarum apposuimus.

Cap. xi :	Quod secluso Papa non est in Ecclesia Papatus suppletive, et <sup>si</sup> sicut in regulante usum illius.	
Cap. xii :	Quod secluso Papa non est in Ecclesia potestas legislativa.	81
Cap. xiii :	Quod secluso Papa non est in Ecclesia potestas applicativa ecclesiasticae potestatis ad personam, nisi in casu.	93
Cap. xiv :	Solvuntur rationes contra Papam ex eo quod Ecclesia est totum, et auctoritas illius maior in se.	96
Cap. xv :	Opinio aliorum quod secluso Papa, in Ecclesia est auctoritas congregandi Concilium.	99
Cap. xvi :	Quomodo verificatur quod generale Concilium potest aut non potest sine Papa congregari ?	101
Cap. xvii ;	Incipit comparatio potestatis Ecclesiae et Papae in casu haeresis, et primo de modo quo Papa propter crimen haeresis subicitur Concilio secundum unam opinionem.	104
Cap. xviii ;	De modo quo Papa haereticus subicitur Concilio secundum aliam opinionem.	112
Cap. xix ;	Examen illius propositionis : Papa haereticus est ipso facto privatus Papatu.	118
Cap. xx :	Rationabilis sententia quod Papa factus haereticus subest ministeriali potestate Ecclesiae, et non auctoritativae super Papam.	120
Cap. xxi :	Discussio praedictae potestatis ministerialis depositivae Papae haeretici.	125
		133

Cap. xxii :	Respondetur rationibus et auctoritatibus allatis in cap. XVII ad probandum quod Papa haereticus est ipso facto depositus iure divino.	140
Cap. xxiii :	Quomodo cum Papa in haeresim lapso parato corrigi agendum est.	150
Cap. xxiv :	Opinio quod Papa propter incorrigibilitatem in quocumque notorio crimine scandalizantem Ecclesiam subicitur Concilii potestati ita quod potest ab eo deponi.	155
Cap. xxv :	Discussio et determinatio ad quam legem spectet determinare casus in quibus Papa subest iudicio Concilii.	161
Cap. xxvi :	Quot casus sunt divina lege statuti, ut possit Concilium Papam deponere ?	167
Cap. xxvii :	Respondetur obiectionibus factis in cap. XXIV ad probandum quod Papa ex alio crimine quam haeresis potest deponi ab Ecclesia.	176
Cap. xxviii :	An in eventu aliquo Papa sine culpa sua subsit Ecclesiae, ita quod possit deponi ?	190





*APOLOGIA*

*FRATRIS DE VIO CAIETANI*

*<5Klagistri Generalis Ordinis Praedicatorum*

*DE COMPARATA AUCTORITATE PAPAE*

*ET CONCILII*

*âJ RDD. Nicolaum de Flisco S. R. Ecclesiae Card, henemeritum.*



**APOLOGIA FRATRIS THOMÆ DE VIO CAIETANI MAGISTRI  
GENERALIS ORDINIS PRAEDICATORUM DE COMPARATA AUCTO-  
RITATE PAPAE ET CONCILII AD RDD. NICOLAUM DE FLISCO S. R.  
ECCLESIAE CARDIN. BENEMERITUM "**

*Prologus in quo ratio, intentio, ordoque operis est.*

Caritas Iesu Christi suae sanctaeque Ecclesiae, reverende in Christo Pater, protector et domine, cogit me virum periculosum enervatorem ecclesiasticae potestatis \ falsarium, adulatorem atque blasphemum ad haec quidem exemplum illius sequi, «qui cum malediceretur non maledicebat<sup>3</sup>», **adobiecta autem**

a Titulus edit. V: *Opuscula et quolibet reverendissimi patris Magistri Thomae de Vio Caietani sacrae theologiae clarissimi professoris: et totius ordinis praedicatorum generalis magistri* -86 ff., e quibus ff. 20 bis 2. (et non 30, ut ibi legitur) et seq. usque ad f. 31 v. Apologiam continent.

1 Secundum Iac. Almain haec dicuntur, qui sic opus suum inscripsit: *Libellus de auctoritate Ecclesiae seu sacrorum Conciliorum eam representantium*, editus a Magistro IACOBO ALMAIN, Senonensis Dioecesis, Doctore Theologo, contra Thomam de Vio Dominicanum, qui his diebus suis scriptis nisus est omnem Ecclesiae Christi sponsae potestatem enervare. Sequitur titulus genuinus: *de auctoritate Ecclesiae seu Conciliorum, ad auctoritatem Papae comparata*. Cf. edit. Ellies du Pin apud GERSON!! opera omnia. Antwerpiae, 1711 II coi. 976-1012. Numeri marginales, a sinistris positi, ad opusculum praeivium Caiet. remittunt; a dextris autem, ad hunc libellum Almaini iuxta praefatam editionem.

2 Cf. eod. loco coi. 976 C, 981 AB. 992 C, 993 D. 1010 C etc. ubi talia de Caiet. profert Aim.

3 I Petr. II, 23.

contra doctrinam in **Opusculo de comparatione auctoritatis Papae et Concilii** per me edito, tuaeque reverendissimae dominationi dicato, contentam pro veritate respondere. Et licet plura obiecta sint, quae a viris dictis, pro quibus solis opus illud scripsisse me ibi sum contestatus<sup>1</sup>, facile solverentur, quia tamen sapientibus et minus sapientibus debitores sumus, qui parati esse debemus « omni poscenti nos rationem reddere de ea quae in nobis est fide<sup>2</sup> » : ideo responsiones iuxta obiectorum amplitudinem extendendae sunt. Visus est autem conveniens ordo, si **obiectiones iuxta ordinem capitulorum illius libelli afferantur** atque solvantur; erunt siquidem haec velut commentaria illius.

447 Rogo igitur imprimis omnes, ut meminerint sermonis<sup>4</sup> formalis et subiectae materiae, meditenturque diutius antequam sententiam proferant, ne multiplicatis argumentis pro gloria ingenii, res tanta de qua agitur in disputationem dialecticam aut etiam sophisticam deducatur. Et quoniam communia singulis, et radices ramis praeponi debent, ideo et latius et altius secundum vires repetenda sunt rei huius fundamenta.

448 Sciendum itaque est, quod cum iura positiva ab ecclesiastica sint condita potestate, et in quaestione versetur ipsius auctoritatis ecclesiasticae subiectum, non ex iure positivo, sed **naturali vel divino aut utroque veritas pendet ut ex causa, a positivo autem iure ut a teste**. Et secundum luminis mihi concessi facultatem duo sola sunt fundamenta, alterum iuris naturalis, alterum iuris divini : in quibus universa moles doctrinae extollentis communitatem Ecclesiae

a od. V.: sermones

<sup>1</sup> Cf. supra Prol. n. 3.

<sup>2</sup> Cf. I Petr. III, 15.

supra Papam in potestate, sic quod Papa 1H1 subditus, sustinetur; quae si evulsa fuerint, ruent omnia. Primo igitur haec tractanda sunt sex capitulis: deinde sigillatim singulis iuxta propositum ordinem respondendum.

## Caput I

*In quo fundamentum iuris naturae examinatur.*

449 Ex naturali igitur iure stabilitur auctoritas communitatis Ecclesiae supra Papam in hoc, quod de iure naturae est quod communitas perfecta et libera est ad quam spectat providere sibi de principe, et tueri se contra eum quando in destructionem utitur potestate, et cogere, punire ac amovere illum quando demeretur. Huic enim principio si adiungatur quod Ecclesia universalis est communitas perfecta et libera, et quod ordo gratiae institutus a Iesu Christo non tollit, sed perficit naturam \ manifeste concluditur quod ad Ecclesiam universalem spectat providere sibi de Papa, et tueri se contra eum, et punire ac etiam deponere illum, et universaliter esse supra illum.

450 Haec ratio quamvis in cap. XXVII soluta sit ex eo  
\* n. 416 quod Dominus Iesus Ecclesiam non reliquit in hoc liberam altius tamen natura regiminis, cum sit multiplex ex ipso naturae fonte — nam quoddam naturaliter in uno, qui est naturale caput communicationis illius, residet, ut patet in regimine domus, cuius auctoritas naturaliter in patrefamilias est; quoddam vero naturaliter in ipsa communitate multitudinis manet, ut patet in regimine civitatis, secluso omni superaddito dominio, — **ecclesiasticum regimen cum domesticum et civile complectatur** iuxta illud Apostoli ad Ephes. II a, [19]:

• ed. V: IV.

‘ Cf. S. THOMAS, *Summa theologiae* IIa Hae, q. 12, a 2

«Estis **cives sanctorum** et domestici Dei », ac per hoc altius **quid sit**, non ex divinae potentiae immensitate, nec ex **divinae sapientiae**, iustitiae aut bonitatis decentia, quoniam nec est « impossibile apud Deum omne verbum <sup>1</sup> », nec dedecere Deum potest quidquid vult, qualis naturae sit, sed ex **ipsa natura facti contemplandum est**. Sicut enim domesticum regimen et politicum ex ipsis definimus, ita oportet ecclesiastici regiminis naturam ex seipso speculari.

451 Et quoniam naturalis propagatio regiminis, sicut et aliarum rerum, ortae rei naturam ostendit, libet intueri quod Ecclesia non a singularibus aut a communitate, sed a **capite homogeneo Iesu Christo initium sumpsit originis, perfectionis et potestatis**, propter quod Ecclesiae suae dixit Ioan. XV, [16]: « Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. » **Natura igitur ecclesiastici regiminis ab ipsa sua nativitate est**, non ut in communitate sit, nec ut a communitate sit, nec ut a communitate ad unum, vel plures derive-  
tur, quemadmodum accidit in regimine civili humano, sed ut in **uno certo principe suapte natura sit**.

452 Et cum princeps iste unus atque idem Dominus « Iesus heri, hodie et saecula <sup>2</sup> » vivat et regnet, secundum naturalis iuris consequentiam oportet ut ad ipsum principem, non ad communitatem Ecclesiae **spectet in sua absentia ordinare de vicario**, non communitatis Ecclesiae, quae utpote serva nata, principandi iure caret, sed ipsius principis naturalis domini communitatis Ecclesiae <sup>3</sup>. Et hoc ipsum Salvator nos-

a ed. V. : Ecclesia.

<sup>1</sup> Luc. I, 37.

<sup>2</sup> Hebr. XIII. 8.

ter per semetipsum exsequi dignatus est, dum Petrum Apostolum solum instituit suum Vicarium post resurrectionem, antequam caelos ascenderet, ut patet Ioan. ult. | Relinquitur igitur quod sicut princeps Ecclesiae non a communitate Ecclesiae naturaliter auctoritatem habet, ita **illius vicarius non ab Ecclesiae communitate, sed a Iesu Christo auctoritatem naturaliter habet.**

453 Patet ergo primo, quod **Ecclesiae communitas, secundum propriam naturam considerata, non est talis naturae ut ad ipsam spectet providere sibi de principe:** ac per hoc nec ad ipsam spectat suapte natura punire, deponere, et alia huiusmodi contra principem suum; quia serva, ut dictum est, nata est.

454 Patet secundo, quod Ecclesiae communitas secundum propriam naturam sumpta **non est talis naturae, ut ad ipsam spectet instituere aut destituere vicarium sui principis, qui vocatur Papa.** Et si Ecclesiae communitas potestatem aliquam habet in disponendo de vicario principis, quaecumque sit illa, non habet illam ex sua natura, sed aliunde.

455 Ex hic autem facile patet evulsum esse fundamentum iuris naturalis pro potestate Ecclesiae supra Papam; \* quoniam falsum assumit dicendo Ecclesiam esse communitatem liberam quoad ius principandi, licet sit summe libera libertate gratiae. Quin potius ex ipso naturae iure, supposita Ecclesiae natura quam Deus illi statuit, oppositum sequi monstratum est. Unde ordo gratiae non tollit in Ecclesia naturae ordinem, qui ibi natus est esse. Non enim in Ecclesia natus est esse ordo talis, ut eius sit ius principatus et a gratiae ordine tollatur \* : sed

a Ed. v.: tollitur

1 Ioan. XXI. 17.



in Ecclesia ex sua natura natus est ordo talis ut ius principatus sit non in se, sed in domino suo naturali. Et hunc naturae ordinem in Ecclesia consequens est quod gratia non tollat, sed perficiat, et Iesu Christi sapientia « disponens omnia suaviter » complectatur ‘.

456 Facillime quoque patet ex hac radice provenire quod omnia quae inducuntur convenire alicui corpori mystico ad ius principatus spectantia, non spectant ad communitatem Ecclesiae ex sua natura. Dico autem ad ius principatus spectantia, propter ea quae ad privatas personas spectant: ut vim vi repellere cum moderamine inculpatae tutelae, et auferre gladium de manu furiosi, et si quid eiusmodi est: haec siquidem discernendo non fallemur. Signum autem infallibile servitutis Ecclesiae communitatis quoad ius principatus est, quod non potest sibiipsi regimen retinere, nec duobus aut tribus committere; haec enim posse communitatem liberam manifestum est. Potest enim et per seipsam regere, potest et triumviratum instituere et alia huiusmodi, etiam supra regem quem eligunt, quod Ecclesiam non posse manifeste liquet: alioquin posset aut in pluribus simul locare potestatem iurisdictionis Papae, aut officium aliquod supra Papam quoad iurisdictionem et regimen Ecclesiae instituire in uno, vel pluribus suppositis, sic et a talibus nominandis, quod loco ipsius communitatis Ecclesiae Ecclesiam et Papam regeret.

57 Quia igitur naturale ius fundatum supra ipsam Ecclesiae naturam non instituit Ecclesiam supra Iesu Christi Vicarium, perscrutandum est, an aliunde, ex iure scilicet divino, Ecclesiae communitas hoc habeat ius.

## Caput II

*In quo fundamentum iuris divini examinatur, et pro \* qua  
Ecclesia sumitur, cum dicitur: «Dic Ecclesiae».*

- 458 Et licet hoc a multis affirmetur, et in Constantiensi at-  
que Basileensi Conciliis definitum sit, quod ab ipso principe «Li  
cc  
lesu Christo Ecclesiae communitas habet immediate potestatem  
supra Papam ipsius principis vicarium \* nullibi tamen in sa-  
\* supra n. 57,58 era Scriptura, in qua ius divinum promulgatur, hoc haberi as-  
seritur, nisi Matth. XVIII, [15] ubi Dominus ait: «Si pecca-  
verit in te frater tuus etc. », et subdit : « Dic ecclesiae : et si  
ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. A-  
men dico vobis, quaecumque solveritis super terram, erunt so-  
luta et in coelo ; et quaecumque ligaveritis super terram, erunt  
ligata et in coelo \ » In his enim verbis patet quod Ecclesiae,  
non alicui eius membro — Ecclesia enim non aliquod mem-  
• n. 72 brum, sed collectionem eorum significat \* — datum est ut  
audiat, excommunicet, liget et solvat omnem fratrem, et  
quaecumque super terram. Pluraliter quippe subiunctum est:  
« quaecumque solveritis », ad ostendendum Ecclesiae auctori-  
tatem.
- 459 Ex hoc textu apparet primo quod Ecclesia habet imme-  
diate auctoritatem a Domino Iesu Christo. Per seipsum quip-  
pe hoc dixit Ecclesiae, non minus quam Petro cum dixit :

• Om. ed, V.

> Matth. XVIII, 17. 18.

« Pasce oves meas 1 » et: « Quidquid solveris super terram 2 », etc. Apparet secundo, quod cum vicarius principis huius sit frater cuiusque fidelis iuxta illud Matth. XXIII, [8]: « Omnes vos fratres estis », quod si peccaverit in me, potest denuntiari Ecclesiae, et procedi secundum subsequenda. Apparet tertio, quia eiusdem potestatis est esse ordinarium iudicem vicarii principis et aliorum singulorum membrorum Ecclesiae, et ordinare de illis, quod ex hoc eodem textu Ecclesiae communitas instituta est simpliciter superior ad ordinandum de vicario Domini et aliis Ecclesiae membris.

160 Haec ratio quamvis in cap. IX illius libelli multipliciter  
k/^7 tractata ac soluta sit \*, altius tamen et latius si fieri a me  
potest repetenda est ', quia hinc omnia pendent.

461 Et quoniam principia cognoscimus ex terminis, examine-  
mus primo quomodo oportet hic sumi «ecclesiam»,  
cum dicitur: « Dic ecclesiae: et si ecclesiam non audierit  
etc. » Oportet namque sermonem hanc verificari de ecclesia, aut  
universaliter, id est de omni ecclesia, aut singulariter de Ec-  
clesia universali, seu de Ecclesia simpliciter, aut de aliqua de-  
terminata ecclesia, aut de ecclesia indistincte non determinando  
hanc vel illam. Cum enim sermo sit de ecclesia in actu au-  
diendi et indicandi, alius modus esse non potest quo de eccle-  
sia hoc verificetur. Oportet enim aut omnibus aut alicui eccle-  
siae aut toti universali Ecclesiae competere iudicium hoc a Do-  
mino traditum.

462 Et quidem quod non singulariter de sola uni-  
versali Ecclesia sermo sit, ex hoc convincitur quod

i Ioan, XXI, 17.

2 Maith. XVI, 19.

3 Hic repetit ac evolvit argumentum supra adumbratum, n. 146.

praeceptum hoc Domini de denuntiatione peccantis proximi in me, non me obligat ad recurrendum ad universalem Ecclesiam, Non enim oportet ut, peccante in me fratre meo et post adhibitos testes incorrigibiliter pernicioso, dicam Concilio universalis Ecclesiae, ut patet. Et tamen si sermo iste esset de sola universali Ecclesia, praeceptum Domini ad hoc obligaret, quia obligat ad dicendum Ecclesiae universali iuxta hunc sensum. Esset enim sensus: « Si peccaverit in te frater tuus, etc. dic Ecclesiae » universali.

463 Amplius. Si in hoc textu data est potestas Ecclesiae universali, cum non sit ei data maior intensive potestas quam Petro — utrique enim eadem potestas data est, dum utrique dicitur: « Quodcumque ligaveris vel solveris super terram etc. », quomodo Ecclesiae communitas maiorem sibi quam Petro potestatem iurisdictionis usurpat? Quomodo rursus Christus, aeterna Sapiencia, duas aequales intensive potestates in Ecclesia, absque tertia supra ambas, instituit? Mutuo enim se impediunt, cum par in parem non habeat imperium<sup>1</sup>. Quomodo perplexas reliquit oves, vel liberas ut aut obediant cui volunt, aut neutri, aut utrique praecipienti contraria simul? Non igitur est sermo praesentis textus de sola Ecclesia universali.

464 Et per idem patet, quod non est sermo de ecclesia simpliciter, ut distinguitur contra ecclesiam talem, ut puta Mediolanensem, Bononiensem, etc. Hoc enim nihil aliud est dicere quam quod est sermo de Ecclesia universali, quod exclusum est. Et quia non est maior ratio de una ecclesia quam de alia, ideo patet quod non est sermo de aliqua ecclesia determinate; nec de omni collective aut distributive, propter praedictam rationem: quia non teneor denuntiare omnibus ecclesiis peccantem in me fratrem.

<sup>1</sup> Cf. Index rerum: «Par in parem etc»,>

i Sed sermo est de ecclesia indistincte, seu indefinite, ita quod ecclesiae datum est iudicium fratris peccantis, non determinando hanc vel illam. Et quoniam actiones sunt singularium, et actor sequitur forum rei, determinatur in qualibet ecclesia a fratre peccante : « ad ecclesiam », scilicet fratris peccantis. Ita quod sensus litteralis illius textus est : si peccaverit in te frater tuus, dic ecclesiae illius : et si illam non audierit, etc. Et hoc proculdubio obligat praeceptum absque ullo inconvenienti, et communi animi conceptione ac consuetudine Ecclesiae roboratur : disponit namque sic intellecta doctrina Domini omnia suaviter x. Nec fallaris male intelligendo ecclesiam peccantis fratris : quoniam ecclesia illius est non sola sua propria, sed quaecumque alia jurisdictionem habens super illam, ut patet.

1 Cf. Sap. VIII, 1.

### Caput III

*In quo discutitur quid significet ecclesia cum dicitur :  
« Dic ecclesiae. »*

466 De hoc rursus vocabulo « ecclesiae » videndum est quid significet in hoc textu, cum dicitur : « Dic ecclesiae. » Et ne in multitudine expositionum vagi extimemur, proprie sumi admittatur ecclesiam pro **convocatione**, seu **collectione fidelium** \ Aiunt autem isti quod ecclesia hoc in loco significat communitatem fidelium non in seipsis, sed in praelatis eorum, sive Papa intersit, sive non.

467 Sed quod hic non sit sensus litteralis, ex eo patet quod in una et eadem significatione oportet intelligere in hoc textu ecclesiae nomen, respectu cuiuscumque peccantis ecclesia sit. Cum enim, ut ex dictis patet \* indistincte dictum sit: « Dic ecclesiae » peccantis fratris (quam ille tenetur audire), et non magis de **universali** quam **particulari** aut e contra, oportet **univoce significare ecclesiam** cum **applicatur ad universalem** et cum **applicatur ad particularem**, ut patet. Constat autem quod cum denuntiandus est frater ecclesiae Mediolanensis suae ecclesiae, non praecipitur a Domino quod dicat ecclesiae illius, id est communitati, sive episcopus intersit, sive non. Ergo cum praecipitur dicendum ecclesiae indistincte, non intelligitur communitas, sive caput velit esse, sive non.

\* iuxta S. THOMAM, Summa *theologiae*, Iia, q. 8, a. 4, ad 2.

Unde sciendum est, quod licet, ex vi vocabuli : « Dic ecclesiae » significet: dic convocationi, proculdubio fidelium, ex contextu tamen litterae, quia subditur : « Arnen dico vobis, quaecumque solveritis super terram etc. », sumitur quod non de quacumque convocatione fidelium, sed de auctoritativa intelligitur; alioquin convocatio fidelium Mediolanensium sine eius praelato haberet a Domino potestatem iudicandi etc. Perinde ergo est : « Dic ecclesiae et : dic a u c t o r i t a t i v a e c o n v o c a t i o n i .

469 Constat autem inductive in singulis ecclesiis quod auctoritativa convocatio non est ubi praelatus illius convocationis deest : igitur nec auctoritativa convocatio omnium fidelium est, ubi omnium fidelium pastor et rector \ qui est Papa, deest omnino, scii, tam per se quam per alium. Et est sermo de auctoritativa convocatione, seu ecclesia, simpliciter et absolute, et non secundum quid, seu respectu huius: puta Papae haeretici deponendi, vel electionis futurae, etc. Inquirimus siquidem nunc superioritatem simpliciter et absolute.

470 Explanatur autem amplius quod dicimus, scii, quod in nomine ecclesiae in hoc textu clauditur illius ecclesiae praelatus. Quia si non includitur praelatus illius, oportet alterum duorum dicere, aut quod communitas fidelium in ecclesia aliqua particulari habeat, etiam invito episcopo, a Domino iurisdictionis potestatem excommunicandi etc., aut quod non de communitate sit dictum: «Dic ecclesiae», et similiter quod non est ei dictum : « Quaecumque solveritis super terram etc.. »

471 Sequela patet : quia ecclesiae data est auctoritas, et si nomine ecclesiae intelligitur communitas, ipsa communitas velit nolit

1 kixta Concilium Florentinum, supra n. 13, et Lugdunense, n. 84.

*episcopi auctoritatem habet: et si non habet, reliquitur quod ipsa non significatur ecclesiae nomine hoc in loco. Primum autem horum affirmari non potest: secundum igitur est verum. In cuius signum, sacrorum doctorum ei consonat Glossa: « Dic ecclesiae », id est « praelato », ut capiti convocationis l. iuxta hunc etenim sensum etiam ipse qui est Papa dicere potest crimen alterius ecclesiae, id est auctoritativae convocationi, ut Nicolaus Papa [1], XI, qu. 3, cap. Praecipue Lothario regi comminando scribit]. Nec obstat quod ipsemet sit illius caput: quia hoc est per accidens, scii, quod denuntians et praelatus convocationis coïncidunt in unam et eandem personam.*

Et si bene contextus evangelii notetur, vult Dominus auctoritativam convocationem adhiberi, in qua, ex pluralitate convocatorum, Concilii vigor, ex auctoritate autem praelati, auctoritas iudicii inveniretur. Propter quod etiam convertit sermonem ab ecclesia ad praelatos. Cum enim prius de ecclesia dixisset: « Dic ecclesiae », et: « Si illam non audierit etc. », non subdidit: Arnen dico vobis, quidquid solverit ecclesia super terram, sed subdidit: « Arnen dico vobis, quidquid solventis », insinuans per hoc communi quidem convocationis Concilio correctionem tractandam, praelatorum autem auctoritate solvendum ligandumque, iuxta conclusa, per ecclesiam esse. Pluraliter autem dixit: « solventis », vel propter pluralitatem convocatorum ad tractandum et concludendum, vel propter pluralitatem capitum in pluribus ecclesiis, de quibus indistincte dixerat: « Dic ecclesiae ».

\* NICOLAUS DE LYRA, *Glossa in Matlh.* XV111, 17, ad verbum: \* Dic ecclesiae » ; V, 309.

2 c. 3, C. XI, q. 3.



## Caput IV

*In quo discutitur an Dominus per illa uerba Matth. XVIII dederit immediate potestatem Ecclesiae, et quantum ei dederit.*

473 Quamvis autem ex ecclesiae in hoc textu suppositione et significatione manifestum sit, quod ad Ecclesiam universalem non restringitur praesens littera, sed quod indistincte de ecclesia est sermo, adhuc tamen obscurum remanet et propterea declarandum, an Dominus immediate dederit potestatem iurisdictionis Ecclesiae indistincte, et quantam auctoritatem eidem dederit.

174 Est autem ratio obscuritatis in primo : quia si dominus dedit immediate potestatem iurisdictionis ecclesiae fratris peccantis in me, cum quaelibet ecclesia sit talis, sequitur quod quaelibet ecclesia habeat immediate potestatem iurisdictionis a Domino : quod non bene sonat. Si autem non dedit omni ecclesiae fratris peccantis in me, cum non sit maior ratio de una quam de reliqua, nulli dedit in hoc textu : quod non admittitur.

75 Ratio autem obscuritatis in secundo est : quia aequalem potestatem continent verba dicta in hoc textu ecclesiae, et verba dicta Petro, scilicet : « Quaecumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo, et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in coelo ». » Non consonat autem aequales esse in Ecclesia Dei potestates iurisdictionis non habentes

» Matth. XVIII. 18. cl. ib. XVI, 19.

in eadem aliquam tertiam supra se : principatum enim pluralitas mala est .

- 476 Principium autem huius claritatis sumendum puto a destructione sensus opinati, ut vel sic veritas elucescat. Dicendum est ergo primo, quod ipsum Dominum dare immediate potestatem illam: «Quaecumque solveritis» communitati universalis Ecclesiae repugnat ordini inter  
• n 463, Papam et Ecclesiam: quia, ut dictum est,\* ponit duas  
475 aequales intensive potestates iurisdictionis in Ecclesia, non habentes tertiam supra se in eadem Ecclesia, a Domino immediate ordinatas: scii, communitatis Ecclesiae universalis, et Papae. Patet sequela ex textu Matth. XVI, [19] et Matth. XVIII, [18] ubi, ut dictum est, eadem verba utrique dicta leguntur.
- 477 Et licet hoc sit secundum se inconueniens, maius tamen ostenditur, si attendamus quomodo Christus, aeterna Sapientia, principatum pluralitatem in Ecclesia instituit, quomodo mutuo sese impedirent b duae potestates, quomodo perplexae essent oves Christi vel liberae, contraria praecipientibus, ut aut obedirent alteri ad libitum, aut neutri, aut utrique ad contraria: quod est impossibile. Et quod amplius est, si haec etiam poneretur data immediate potestas universali Ecclesiae, unde sibi potestatem supra Papam habentem aequalem potestatem communitas Ecclesiae vindicaret c, cum par in parem non habeat imperium. Cum enim potestas intensive aequa sit qua ratione Ecclesia supra Papam, quia membrum eius, iu-

a ed. jy.: ordinarias,

b ed. V,: impediens,

c ed. V.: vendicaret.

1 Ut dicit Aristoteles, citatus supra n. 90.

risdictionem haberet, quia dictum est : « Si peccaverit etc., dic ecclesiae », eadem ratione, quia Ecclesia est ovile Papae, quia dictum est: « Fiet unum ovile, et unus pastor <sup>1</sup> », Papa supra Ecclesiae communitatem iurisdictionem haberet, aut neuter super altero.

478        Dicendum est **secundo**, quod ipsum dare immediate potestatem illam : « Quaecumque solveritis etc. » communitati cuiuscumque ecclesiae **repugnat consuetudini Ecclesiae**, et est semper sermo de communitate ecclesiae, ut adversarii intelligunt, scii, sive praelatus adsit, sive non omnino. Patet hoc ex communi Ecclesiae consuetudine, qua talis communitas, invito suo episcopo et Papa, non potest absolvere et ligare : quae tamen posset si a Domino immediate haberet potestatem communitas cuiusque ecclesiae.

479        Dicendum est **tertio**, quod ipsum dare immediate illam potestatem : « Quaecumque solveritis super terram, erit etc. » in sua amplitudine, ut sonat cuicumque ecclesiae auctorizatae proprio capite, nisi cuius proprium caput est Papa, **repugnat ecclesiarum ordini essentiali et earum professioni**.

480        **Ordini quidem**: quia si ex hoc loco summa auctoritas cuicumque ecclesiae auctorizatae proprio capite, ut Dominus loquitur, indistincte data asseritur a Domino immediate, oportet dicere duo: Primo, quod quaelibet ecclesia **immediate** habet auctoritatem a Domino ; secundo, quod quaelibet ecclesia habet **aequalem intensive** a Domino potestatem iurisdictionis, quamvis extensive una excedat alteram, et universalis Ecclesia omnes. Et convincitur sequela utriusque: quia

<sup>1</sup> Ioan. X, 16.

ecclesiae indistincte, immediate et inaequaliter datum est, ut patet in littera et ex dictis, et non magis uni quam alteri, ut patet ibidem.

481 Et ex hoc sequitur ulterius utraque pars contradictionis: scilicet, quod una ecclesia est superior simpliciter, et non est superior simpliciter altera. Nam ex eo quod quaelibet ecclesia habet a Domino in suos potestatem, sequitur quod ecclesia una, puta universalis, est superior simpliciter qualibet ecclesia particulari utpote eius membro, ac per hoc potest disponere, et ordinare de illa, et ordinare aliquid de illius potestate, irritando si secus factum fuerit. Ex eo vero quod quaelibet ecclesia habet a Domino immediate potestatem aequalem intensive, sequitur quod Ecclesia universalis non potest aliquid subtrahere potestati iurisdictionis ecclesiae particularis: potestas enim data alicui a principe non potest ab inferiore auferri. Et consequenter sequitur quod Ecclesia universalis non est simpliciter superior secundum potestatem iurisdictionis respectu ecclesiae particularis: superioris enim potestatis iurisdictionis simpliciter est posse irritare inferioris actum, si hoc faciat.

482 Reliqua inconvenientia quae sequuntur ex aequalitate intensiva potestatis iurisdictionis in qualibet ecclesia, ut puta quod subditus non tenetur magis universali quam particulari obedire, quod par in parem habet imperium, quod quidquid ab una fit, a reliqua potest impediri, et reliqua, viris mediocriter doctis relinquo deducenda.

483 Professioni autem ecclesiarum hoc repugnat: quia Papa reservante vel prohibente etc., ecclesiae reliquae potestatem iurisdictionis in reservatis, prohibitis etc. se non habere confitentur: quod non vere dicerent si illam potestatem a Domino immediate accepissent. Et est sermo semper in huiusmodi de: dare, ordinario iure, potestatem.

<sup>4</sup> Ex quibus omnino collige — cum haec potestas tam ampla soli Petri ecclesiae conveniat <sup>1</sup>, et haec verba non soli Petri ecclesiae dicta sint — quod per haec verba aut nulla ordinaria potestas iurisdictionis data est, aut non tam ampla ut est illa data Petro. Et vere sic est. Verba siquidem **Domini manifeste continent potestatem iurisdictionis in Ecclesia**, nec hoc vertendum est in dubium, sed non continent quod per ipsa data sit a Domino talis potestas, ut discurrendo per singula, et ratione manifestatur.

↑↑↑

485 **Discurrendo quidem per singula:** nam per illud verbum: « Dic ecclesiae », nulla datur potestas, sed praecipitur denuntiatio: perinde enim est: « Dic ecclesiae » ac: dic iudici, ubi patet non dari iurisdictionem, sed praecipi denuntiationem. Per illud vero: « Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus », cum perinde sit ac: si iudicem non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus, manifeste patet nullam dari potestatem, sed in casu pertinaciae evitacionem illius a Domino indici. Per illud demum: « Amen dico vobis, quaecumque solveritis etc. », nullam etiam dari tunc potestatem ex eo patet, quod nec Petro ex eisdem verbis, scilicet: « Quidquid solveritis etc. », ulla data est tunc potestas, sed post resurrectionem Domini, cum dictum ei est: « Pasce oves meas ». »

486 **Ratione autem:** Nam potestas iurisdictionis contenta in his Domini verbis, aut est data tunc ecclesiae cui Dominus loquitur, aut non est data tunc: inter haec enim, cum

a ed. V: proinde.

\* Scii, ecclesiae Romanae,  
/ Ioan. XXL 17.

contradictorie opponantur, non datur medium. Si non, habetur intentum. Si est data tunc ecclesiae, ergo cuilibet collationi seu convocationi fidelium cui ecclesiae nomen vere convenit, data est a Domino immediate potestas illa iurisdictionis: hoc autem spectat ad haeresim Pauperum de Lugduno, dicentium quod ubi sunt fideles congregati in nomine Domini, ibi est potestas, eo quod potestas sequitur sanctitatem personae | : solum enim differt ab ea secundum unum et multa. Sequela autem patet: quia Dominus indistincte de ecclesia loquens, ad quamcumque ecclesiam peccantis fratris praeceptum sententiamque extendit. Constat autem collectionem, seu convocationem fidelium sine praelato aliquo inter eos ecclesiae nomen vere habere.

487 Et confirmatur quod de tabum collectione oporteat istos concedere ecclesiam ibi dici: quia quod est, non fit, et habenti non datur quod habet. Si ergo ecclesia per haec fit | habens potestatem, ipsa non habet illam, ergo illa collectio in sermone est, quae non habet auctoritatem, sed hinc accipit. Et cum non sit maior ratio de una quam de alia: sequitur idem quod prius, scii, quod quaelibet fidelium collectio a Domino hinc habuerit auctoritatem iurisdictionis. Si dicat, quod ecclesiae nomine intelligitur hic collectio fidelium auctorata, n. 480 tunc currit ratio prius dicta de ordine essentiali ecclesiarum Et obstat ipsum dare: quia habenti non datur, et quod est potestatem habens, non fit potestatem habens.

488 Quia igitur ex praedictis patet, quod auctoritas iurisdictionis in verbis Domini continetur, et non est per haec verba data,

• ed. V.: iit.

i Cf. supra n. 314.

dicendum est quod, per haec verba Dominus ultra praeceptum de correctione fraterna, denuntiatione illiusque ordine, **efficaciam ecclesiasticae potestatis iurisdictionis ad litteram expressit** per illa verba: « Si ecclesiam non audierit, etc. », et: « Quaecumque solveritis super terram etc. »: ostendit enim tantae efficaciae Ecclesiae esse sententiam ut indubie a nobis servanda, et in caelo rata sit. Et hoc solum per illa verba Dominus fecit: potestatem enim Ecclesiae alias supposebat.

489 Et **potest admitti, quod promisit** illam per illa verba: « Quaecumque solveritis », sed ad utrumque horum, scii, quod potestas supposita est et promissa, sat est, si quandoque data est; et similiter quoad modum, si mediate, vel immediate data est. Petro siquidem, ac per hoc eius ecclesiae, immediate potestatem dedit post resurrectionem dicens: « Pasce oves meas \* », 1185 reliquis vero ecclesiis, mediante Petro, **secundum cursum ordinarium**: quamvis **dispensative** mediantibus aliis Apostolis \ quibus potest concedi hoc esse promissum.

490 Est ergo sensus litteralis verborum Domini, quod **tanta esset futura ecclesiae cuiusque auctorizatae potestas in sibi subditis ut sic, ut sententia ram hominibus et in coelo esset valida**. Et h<sup>c</sup> sensus est amplectendus, utpote cui omnia consonant, et se et sensus verborum, et auctoritates sanctorum, et consuetudo Ecclesiae, et evitatio omnium inconvenientium; quae omnia propter iam dicta <sup>hic et in libello</sup> in libello illo <sup>prosequenda</sup> omitto. Satis enim patere puto haec, 9 mPj;anti sufficiat exhibitio quam media P bus alus Apostolis per viam & fecit.

1 Cf. »upra nn. 32-34, 55» u<sup>1</sup> clarificatur quid per hanc « di»pen»ationem » Auctor significet.

## Caput V

*Quomodo Ecclesia habeat potestatem iurisdictionis, quae in uerbis Domini continetur, an scilicet ratione suae totalitatis an ratione partis.*

- 491 Quia autem constat ecclesiam, de qua Dominus loquitur, habere potestatem iurisdictionis, quantumcumque per illa verba non sit ei data et variis modis intelligi hoc potest, opportunum videtur **discutere modum quo potestas iurisdictionis est in Ecclesia.**
- 492 Sciendum igitur est, quod **dupliciter potest intelligi ecclesia** ad litteram, cui peccatum fratris peccantis dicendum mandat Dominus, **habere potestatem iurisdictionis in foro exteriori** (de quo est sermo), iuxta duos modos, quibus de Ecclesia, quae quoddam totum significat, aliquid verificatur. Primo **ratione partis**: secundo, **ratione ipsius totalitatis seu totius**. Sicut de homine, qui etiam quoddam totum est, dicimus quod videt, quod audit etc., et verificatur ratione partis : quia videt per oculum, audit per aurem etc., et rursus dicimus de eodem, quod perfectissimum est animalium, quod est animal politicum, et huiusmodi : et verificatur ratione ipsius totius, ut patet.
- 493 Et quidem quod de Ecclesia **ratione partis**, puta capituli, verificatur quod habet potestatem iurisdictionis solvendi et ligandi in foro exteriori, **dubium non est: et sic solum**, ut probabitur amplius, **ad litteram verificari po-**



test sermo Evangelii, quod Ecclesia habeat potestatem. Quod autem de Ecclesia ratione ipsius totius hoc verificetur, multipliciter imaginari potest.

Primo accipiendo Ecclesiam quasi totum homogeneum, id est similis naturae per totum, prout Ecclesia est collectio fidelium<sup>1</sup>: omnes enim fideles, inquantum fideles, unius sunt naturae. Et sic esset sensus, quod Ecclesia, idest collectio fidelium, habet potestatem iurisdictionis, etc. Et si in hoc sensu intelligatur: « Dic ecclesiae », sequitur quod, cum in fide non sit differentia sexus et status, quod ecclesia laicorum et foeminarum haberet iurisdictionem in foro exteriori. Et tenet sequela, tum quia omnes fideles sunt eiusdem naturae, tum quia si contingat in aliqua ecclesia mori clericos omnes, remanet ibi vere ecclesia in hoc sensu, id est collectio fidelium: et consequenter secundum istam phantasiam illa haberet potestatem excommunicandi. Immo si bene consideretur, sumendo Ecclesiam ut totum homogeneum, quoniam fides sola est eius natura, accidit illi toti quod aliqua eius pars sit status clericalis, quia in illo toto ut sic potestas ponitur.

495       Secundo ergo potest intelligi, sumendo Ecclesiam ut totum heterogeneum, id est dissimilis naturae, prout ecclesia constat ex omnibus membris officialibus, puta episcopo, sacerdote, diacono, vel aliis quomodolibet assignandis membris: hoc enim totum est quasi corpus constans ex oculis, manibus, etc. Et sic esset sensus: « Dic ecclesiae », idest convocationi integrae membrorum Ecclesiae. Et si in hoc sensu intelligatur, quod ipsum totum, ratione suae totalitatis, habet potestatem iurisdictionis, obstant tria.

<sup>1</sup> Ut supra n. 466.

- 496 Primo, quod aequalis potestas intensive poneretur in qualibet ecclesia : quoniam una tantum potestas a Domino nominata est, et non magis de una quam de alia ecclesia, ut patet in littera, et ex antedictis.
- 497 Secundo, quod esset maior intensive potestas in Ecclesia quam illa: « Quodcumque ligaveris etc.<sup>1.</sup>» Et tenet sequela: quia potestas totius Ecclesiae, ratione suae totalitatis, ponitur superior, etiam respectu papatus. Falsitas autem consequentis patet etiam ex verbis Domini eadem verba replicantis, quae Petro dixerat, scii. : « Quaecumque solveritis super terram etc. 2.»
- 498 Tertio, quod non esset data a Christo immediate, Matth. XVIII, [18] quod tamen est totum fundamentum istorum. Et tenet sequela : quia tunc non erat institutum sacramentum ordinis, quod constat esse institutum simul cum Eucharistiae sacramento pridie quam Dominus pateretur. Non igitur dedit Dominus tunc Ecclesiae, id est communitati sacerdotum, diaconorum et episcoporum, qui integrant generale Concilium, potestatem iurisdictionis, quia non erant sacerdotes, nec diaconi, nec episcopi, nec clerici : non enti autem nil datur. Et si dicatur quod Dominus tunc non dedit, sed **promisit** se daturum in illis verbis; «Quaecumque ligaveritis etc. », habeo intentum quod nullibi in sacra Scriptura habetur quod Dominus per semetipsum immediate ecclesiae communitati potestatem iurisdictionis dedit. Et si instetur: quia, **quod promisit, servavit** — patet responsio, quod non promisit per semetipsum immediate se daturum, ut patet in littera, et ideo non oportet quod hoc observaverit : satis namque fecisset pro-

<sup>1</sup> C. Matth. XVI, 19, ubi haec de Petro scu Papa praedicantur,

<sup>2</sup> Matth. XVIII. 18. ubi eadem verba ad Apottolo. referuntur, manente luperioritate Petri.

<sup>3</sup> Cf. tupra n. 476-483.

missioni suae, sicut in veritate de facto verificavit illa verba sua mediante Petro in universis ecclesiis l.

\$9 Quia igitur de Ecclesiae communitate quomodolibet sumatur, non veriicantur ratione suae totalitatis verba Domini Matth. XVII, [18], in quibus totum fit fundamentum ex auctoritate Scripturae, et tota adversariorum opinio stat in hoc quod communitas Ecclesiae, ratione suae totalitatis, habet potestatem immediate a Domino, consequens est ut verba Domini verificentur de Ecclesia ratione partis, puta capitis, ut praedictum est.\* Et propterea communis animi conceptio fidelium est: « Dic ecclesiae », id est : praelato ecclesiastico, ratione cuius Ecclesia ipsam potestatem habet.

1 Cf. supra cap. IV in fine.

## Caput VI

*Quomodo potest, condescendendo multorum sensui, intelligi quod Ecclesia ratione suae totalitatis habere potest et habet quandoque potestatem aliquam iurisdictionis.*

500           Observandum quoque est ne fallamur videntes quandoque auctoritatem iurisdictionis ecclesiasticae in Ecclesia ratione suae totalitatis ; et propterea falsa iudicemus praedicta. Non enim docuimus aut docemus non convenire Ecclesiae potestatem quandoque ratione suae totalitatis \ sed sic non esse datam ei a Domino Jesu Christo immediate per illa verba Matth. XVIII, [18].

501           Non nego enim quod episcopi orientales convenientes possint simul quasi unum corpus et unam auctoritatem ex suis conficere, se etiam singulos subiciendo illi : et sic illa potestas, in toto illo corpore ratione suae totalitatis existens, statuet supra illas ecclesias actusque iurisdictionis exercebit. Sed tamen nihil poterit illa potestas nisi quod ex potestatibus singulis et illarum subiectis consurgere potest. Propter quod si esset aliquid reservatum Romano Pontifici, non posset potestas illa absolvere ab illo. Et similiter omnes universi orbis praelati, mortuo Summo Pontifice vel sine illo, si convenirent communicando in unum corpus, et unanimes in constituendo constituerent in tota Synodo illa potestatem unam super omnes ecclesias, his tamen exceptis quae Summi Pontificis sunt propria. Simili quoque modo, cum Papa, cum re-

<sup>1</sup> Recurretur «d verba »upra potita nn. 484, 493.

h'quis praelatis orbis Concilium celebrando simul, cum eis constituit, absolvit, damnat, etc. communicando cum aliis, quasi unus ex eis facere videtur.

502 In his enim omnibus, et similibus **non est aliqua potestas immediate data a Domino Iesu Christo ipsi communitati primo**, nec est aliqua extranea potestas a potestatibus partialibus, **sed velut potestas totalis consurgens ex partialibus.**

Quemadmodum enim in naturalibus invenitur differre forma dupliciter, scii, ut una forma separata ab alia, ut forma solis a formis mixtorum, et ut forma totius a forma partis, ut humanitas ab anima hominis : ita potestas Papae differt ab aliis primo modo, et potestas Synodi differt ab his ex quibus accumulatur, secundo modo.

503 Et est ista potestas in tota Synodo per viam **communio-**nis seu **accumulationis** in communi a singulis partibus liberalius vel minus liberaliter, prout partibus et praecipue principi videtur, **qui numquam totam suam auctoritatem accumulare in communi | intelligitur**, sed quantum ad illa tractanda expedit. In cuius signum non intelligitur se subicere Synodi potestati coactive, quantumcumque statutis Synodi consentiat communibus Ecclesiae personis.

504 Et ex hoc patet quod, si **tota Ecclesia**, secluso Papa, **aliquem praeficeret curae Ecclesiae, ille esset subditus Papae**, nec posset a casu papali absolvere : quod non esset, si Ecclesia haberet universalem et plenam potestatem immediate a Christo ratione suae totalitatis, secluso Papa. Et similiter **Papa potest**, quantum est ex

† I. e. communicare Concilio. Clare ibi Caietanus docet potestatem iurisdictionis universalem Concilio inesse ex commissione Papae, nec absolutam esse.

potestatis auctoritate, **tollere statuta Concilii generalis**, etiam de consensu et auctoritate sua facta : quod non esset si Ecclesia integra ratione suae totalitatis haberet potestatem universalem et plenam a Domino Iesu Christo.

505            Ex omnibus autem dictis evulsam iam esse radicem ex  
c/. cap. II iure divino opinatam \* potestatis Ecclesiae supra Papam li-  
quido apparet. Et sic cum utriusque iuris, naturalis scii, et di-  
vini, fundamentum ademptum sit ;\* ad singula obiecta descen-  
dendum est.

[Caput Vil] B

506 Dixi in capitulo illi illius libelli Dominum ordinasse sic Ecclesiae regimen, ut Petrum Summum Pontificem instituent, a quo via ordinaria in reliquum Ecclesiae potestas derivaret ; et quod ipse Dominus via praeventionis gratuita Apostolis aliis potestatem dedit \*

507 Obicitur contra : in Ecclesia fuit potestas electiva Papae antequam Petrus fuerit Papa : ergo cum maiore apparentia dicetur, Christum cum fecit Petrum Summum Pontificem praevenisse Ecclesiam, et id, ex gratia, Petro contulisse quod Ecclesia potuisset ordinare ex Christi institutione, quam quod praevenerit Petrum, dando Apostolis potestatem. Antecedens probatur : quia potestas electiva est in Ecclesia a Christo Matth. XVIII, [18] etc.

*Alm. VU,  
993 CD*

508 Respondeo quod assumptum est falsum : nam, cum electio Papae sit vicarii principis electio, et ordinarie electio vicarii uniuscuiusque principis vivi et praesentis spectet ad ipsum principem, consequens est ut cum Dominus usque in diem ascensionis ut princeps praesens fuerit in Ecclesia, ad ipsum ordinarie spectabat tunc electio sui Vicarii \*  
191 Nec umquam invenitur quod in Matth. XVIII cap. nec alibi Dominus dederit Ecclesiae ius eligendi suum Vicarium ipso praesente. Unde Dominus non praeveniendo, sed instituendo et exsequendo quod promiserat Matth. XVI,

a Om., ed. V.. et sic deinceps numeratio cap. necnon paragr. deficit : quam levibus indiciis restituere nisus sum. Cf. in fine hujus libri : Tabula comparativa Capitulum utriusque opusculi Caietani cum libello Jac. Almrini

[19] : «Tibi dabo claves regni caelorum etc.», et Ioan. X, [16] «Fiet unum ovile, et unus pastor», **Petrum Papam et papatum simul instituit**. Rursus, ut per antedicta patet **Matth. XVIII** potestas electiva Papae non est data Ecclesiae. Quomodo autem et unde potestas electiva Papae sit in Ecclesia, inferius in cap.  $\chi\pi\iota$  dicetur.

\* n. 484

509 Et adverte hic quod praeventio, quam ego dixi, super ipsius Ecclesiae et sanctorum determinatione fundatur. Quod enim a Petro ordinarie potestas in reliquum Ecclesiae corpus derivanda sit, Leo [1] in cap. *Ita Dominus*, D.  $\chi\iota\chi$  manifestat \ Quod etiam Dominus ipsum ordinaria via instituit, ex hoc quod non ipsum solum, sed in ipso omnes successores suos instituit, habetur : hoc enim statuentis, non praeventientis est ; sicut per oppositum, quia reliquos Apostolos in propriis tantum personis, et non in successoribus suis legatos universales fecit, ad praeventionem gratuitam spectat. Haec enim Ecclesia fatetur Petri solius successorem universali potestate cognoscens.

510 Et per hoc etiam patet non fuisse in Ecclesia, ante institutum Petrum Papam, potestatem electivam Papae. Nam tantam potestatem habet nunc quantam tunc, cum Papa non posset illam auferre, et Dominus, qui instituendo dederat, eam statim non diminuerit praeveniendo secundum illos in institutione Petri. Quemadmodum igitur poterat tunc quemlibet alium episcopum in Papam eligere, ita mortuo Petro qui ex gratia factus fuerat a principe, potest alium episcopum quam Romanum, Papam instituere. Et sic Romanus Pontifex recognoscere debet se praelatum ceteris ab Ecclesia, hoc illi concedente, non auferendo saltem : cuius tamen oppositum

' c. 7, D. XIX.



docet Pelagius [il] in cap. *Quam ois*, D. XXI : « Sancta Romana ecclesia catholica et apostolica, nullis Synodicis constitutis ceteris ecclesiis praelata est, sed evangelica voce Domini et Salvatoris primatum obtinuit ‘. »

511 Amplius. Si Dominus immediate dedit hanc potestatem electivam Papae universali Ecclesiae, qua praesumptione clerus Romanus et populus eius etc. usurpaverunt sibi hanc potestatem electivam Papae tanto tempore antequam institutum aut approbatum fuerit per generale Concilium de electoribus ? Qua conscientia tot sancti viri electionem toti Ecclesiae a Christo commissam irrequisitis aliis a paucissimis tractaverunt, fecerunt, acceptaverunt, exercuerunt ? Sed de his latior erit sermo :: : haec autem dicta sunt ad ostendendam falsitatem assumpti in hoc obiectione.

[§ 2]

512 Dixi in capit. IV eiusdem, quod praevalisset sententia loannis etc. \* Sed obiectio contradictionis proprie in capit. IX tractabitur.

*Alm. X,*  
*1002 A.*

• c. 3, D. XXI.

[Caput VIII]

513 *Dixi in cap. VI eiusdem, Papam esse caput Ecclesiae*  
*universalis, et non solum singulorum membrorum, ut inimici ve-*  
n. 69 *ritatis glossant \**

514 *Obicitur contra hoc dupliciter. Primo, quia falsum est*  
*Papam esse caput Ecclesiae universalis collective sumptae, tum*  
*quoniam Ecclesia non est Petri, sed Christi, iuxta illud Malth.*  
*XVI, [18]: « Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam »,*  
*non tuam ; tum quia Papa est minister Ecclesiae, non dominus,*  
*Ecclesia autem est cui ministratur, ac per hoc maior, iuxta*  
*dictum Salvatoris: « Maior est qui recumbit, quam qui mi-*  
*nistrat | » ; tum quia omnes auctoritates dicentes Papam esse*  
*caput ecclesiae, intelliguntur de Ecclesia pro singulis ecclesiis*  
*particularibus, respectu quorum est caput ministeriale, et non*  
*pro tota Ecclesia collective.*

515 *Secundo, quia licet concedatur Petrum esse caput minis-*  
*teriale etiam totius Ecclesiae universalis, non tamen oportet*  
*omnem proprietatem capitis in eo salvari, et specialiter supe-*  
*rioritatem in auctoritate respectu totius residui. Et hoc prae-*  
*cipue, quia tota Ecclesia non dicitur corpus Petri, sed corpus*  
*Christi, ut patet ad Rom. XII, [5]. Et confirmatur hoc, quia*  
*rex dicitur caput regni, non tantum propterea est regno con-*  
*gregato superior, sed qualibet eius parte.*

516 *Respondeo, et ad primi quidem probationem*  
*primam: quod Ecclesiam non esse Petri, sed Christi, non*

‘ Luc. XXII, 27

arguit Petrum non esse caput eius, sed Petrum non esse caput illius ex se, sed loco Christi, ut patet.

517 Ad secundam vero probationem: quod Petrum esse ministrum Ecclesiae ut cui ministrat, non est esse inferiorem potestate, sed exercitio: unde ipse Dominus de seipso dicit quod venit ministrare \ et Papa vocat se « Servum servorum Dei», et sic est in veritate. Ecclesiam autem esse maiorem Papa, ut finis est maior eo quod est ad finem, verificatur quod est esse melius: in his enim quae non mole magna sunt idem est maius quod melius 2. Secundum Augustinum papatus siquidem est propter Ecclesiam, et non e contrario 3. Unde ex hoc quod Papa non est dominus, sed minister, et Ecclesia maior bonitate, et nobilitate, nihil habetur contra potestatem capitis, contra quam tenditur.

518 Ad glossam demum communem' dicitur quod licet multae auctoritates possent sic glossati, non omnes tamen sunt illius capaces, ut in libro ostensum est \*

519 Ad secundum autem dicitur \* quod Ecclesiam non esse corpus Petri, sed Christi, verum est, quia Christus non solum caput mysticum eius, sed mysticum suppositum ipsius est: ut patet ad Eph. I, [22.23], ubi de Christo duo dicuntur: quod est caput Ecclesiae, et quod Ecclesia est corpus eius. Et I ad Corinth. XII, [12] expresse dicitur: «Sicut enim unum corpus est, et multa membra habet, omnia autem membra corporis cum sint multa,

1 Matth. XX. 28.

2 iuxta Aristotelem. *Phys.*, V, 2; Bckker 226 b. 1-2; cf. S. Thomas *Comment, in V 'Phys.*, l. 4; Vive» 18, 389.

3 Cf. supra nn. 128, 129.

4 Cf. supra n. 514, Ift obi. in fine.

unum tamen corpus sunt: ita et Christus. » Ex hoc autem quod Ecclesia est corpus Christi et non Petri, non sequitur quod Petrus non sit caput loco Christi, sed quod Petrus non sit ille qui operatur per membra huius corporis, sed Christus, qui per Petrum et ceteros operatur. Et similiter non sequitur, quod illud caput loco **Christi** non sit superius auctoritate residuo corporis, ut manifeste liquet.

520 Ad confirmationem dicitur dupliciter: primo, quod nullus dicit, quod ex esse qualitercunque caput alicuius multitudinis, sequatur potestas iurisdictionis supra illa multitudine, cum multipliciter aliquid possit dici caput alterius metaphorice: Papa autem est sic caput, quod est « pastor, episcopus et rector totius Ecclesiae »<sup>\*</sup>, et non solum singularum, ut auctoritatibus et ratione ibi probatum est<sup>\*</sup>.

\* η. 116  
\* n. 69-72

521 Dicitur secundo, quod sicut rex est caput regni, ita superior eo, et propterea rex qui dependet a regno collective, non est caput illius, et ideo non est superior eo, sed singulis partibus, rex autem qui **etiam a regno collective non dependet**, ut est <sup>\*</sup> Rex regum<sup>1</sup> », est caput **etiam totius congregati, et superior eo**. Unde arguere ab esse caput in rege dependente a regno, ad esse caput in Papa, non est rectum, eo quod Papa dependet a regno Ecclesiae, nec vices Ecclesiae gerit, sicut rex talis vices regni, sed solius Iesu Christi Vicarius est.

[§ 2]

522 Dixi in eodem capitulo vi quod potestas electiva ipsius Papae, in Papae potestate est. Sed quia in capitulo Xin, latius tractatur, ibidem obiecta solventur.

\* n. 76

<sup>1</sup> Apoc. XIX. 16.

1§ 3]

523 Dixi in eodem cap. VI quod non est maioris auctorita-  
79 tis Concilium auctoratum a Papa, quam ipse Papa

524 Obicitur contra: primo, ex Glossa in cap. *Legimus*, XCIII D.: *Alm, VII, 993 A.*  
« Statuta Concilii generalis praeiudicant statutis Papae, si contradicant l. »

525 Secundo, quia constitutio Chalcedonensis Concilii praevaluit reclamationi Leonis [η de Constantinopolitana Sede, ut patet in cap. *Antiqua, de privilegiis* \ et XXII D., *Renovantes* 3.

526 Tertio, quia consuetudo generalis Ecclesiae pontificale statutum abrogat.

527 Respondeo : et de Glossa primo dico, quod ipsemet non assertive dicit illam sententiam, sed argumentum ad illam dicit, ut patet etiam ex seipsa in cap. *Nemo*, C. IX ad quam se remittit l.

528 Secundo : dicitur, quod verificatur de statuto Concilii supervenientis statuto Papae : quoniam, quemadmodum ipsemet Papa ius condendo priori contrarium illud tollit, ut patet in capitulo *Licet*, in VI<sup>o</sup> ita etiam Concilii auctorati a Papa constitutio Papae constitutionem priorem contrariam tollit.

529 De vigore autem Concilii circa Sedem Constantinopolitanam, dicitur quod non concludit superioritatem Concilii supra Papam, sed tolerantiam Papae 6. Vi-

ed. V. : q. IX.

*Alm. l. i. l.*  
998 D  
1005 D

<sup>1</sup> IOAN., *Glossa* in c. 24. D. XCIII. coi. 599. in init.

<sup>2</sup> c. 23, X, *de privilegiis*, V, 33.

<sup>3</sup> c. 6, D. XXII.

<sup>4</sup> IOAN., *Glossa* in c. 13, C. IX, q. 3, coi. 1159.

<sup>5</sup> c. 1, *de constitutionibus*, I, 2, in VI.

<sup>6</sup> Cf. DTC, art. Léon I (Saini). ». 1X. P. I. col 261-267.

demus enim continue praelatos credere multitudini magnatum quamvis, si potestate uti vellet, compescere possent. Quamvis de reclamatione Leonis [1] nihil in capitulis illis habeatur, immo ibi humilis est locutio dicentium : « Petimus etc...! »

530  
\* η. 526

De vi autem consuetudinis universalis \* dicitur quod à hoc concluderet Ecclesiam supra Papam, concluderet etiam Ecclesiam supra seipsam Ecclesiam, quoniam etiam statutum **universalis Ecclesiae, generalis consuetudo abrogat**. Unde abrogatio istiusmodi non fit potestative, sed **executive** ex parte Ecclesiae, et **negative** ex parte principis, quia scilicet non cogit.

531  
\* η. 82

Dixi in eodem VI cap. ! quod si Ecclesia, hoc est communitas Ecclesiae, secluso Papa, haberet potestatem supra Papam, quod Ecclesiae regimen esset aristocraticum seu popolare, in quo tota auctoritas apud nullum residet, sed in tota communitate.

532

Obicitur contra sequelam : quia non dicitur regimen ga e, in quo sit unicus toto residuo superior, quia tunc non esset in civilibus aliquod regimen regale, sed quia est unicus, q tius populi vices gerit, quolibet particulari superior.

996 i

533

ne<sup>o</sup> Qu<sup>o</sup>d sequela est optima, formaliter intellectis terminis : quia, si in ergo ut sic constituit tota communitate sola est auctoritas, regimen popolare, quamvis inquantum

•ristocratium

aliquem unum praeficit, constituat aliam speciem regiminis. Rur-  
sus sequela est optima de supremo regimine Ecclesiae de quo  
est quaestio : quoniam, si in tota communitate et sola  
est universalis Ecclesiae potestas, summum re-  
gimen summumque tribunal eiusdem, ad quod om-  
nia resolvenda sunt, esset popolare, ut patet, quidquid  
esset de regimine medio per unum.

Unde, si in regno aliquo populus est supra regem, ma-  
nifeste sequitur, et quod communitas populi ut sic regimen est  
populare, et quod summum tribunal est popolare, quamvis  
exerceat per aliam regiminis speciem, puta per regalem, supra  
alios jurisdictionem suam communiter. Nihil igitur obstant obie-  
ta dictis : quoniam cum regimine regali medio, stat supremum  
populare, de quo est quaestio et formalis sermo.

[Caput IX]

535 Dixi in cap. septimo \* probando quod Papa esset su-  
♦ n. 83,84 pra communitatem totius reliquae Ecclesiae ex illa auctoritate:  
« Pasce oves meas »<sup>1</sup>, et quod Papa est pastor universalis  
Ecclesiae et non solum singularum ovium.

536 Obicitur respondendo dupliciter : primo, per interemp-  
tionem, negando scilicet hoc.

537 Secundo, per limitationem, quod Papa est pastor totius  
Ecclesiae quantum *ad administrationem pabuli spiritualis verbi  
Dei et sacramentorum*. Haec enim non exercentur per commu-  
nitatem, sicut actus juridici.

538 Respondeo : et negatio quidem irrationabilis inferius in  
hoc eodem cap. in tertiae rationis discussione ratione mons-  
trabitur : nunc auctoritate inducta ostenditur. Cum Dominus  
• n. 549 dicit : «Pasce oves meas», **illimitate** admittitur: ergo non  
est limitandum ad singulas et non omnes, ut negatio ista limi-  
tat : nam singulae et omnes suae oves sunt.

539 Secunda autem responsio \* aut nihil dicit, aut seipsam  
' n. 537 interimit. Nam dupliciter potest intelligi concessum : quod Pa-  
pa est pastor totius Ecclesiae quantum ad ministrandum verbum  
Dei et sacramenta primo auctoritative, secundo minislerialiter  
respectu totius Ecclesiae. Si auc to ri ta ti ve, ergo ipse vere  
superior tota Ecclesiae communitate est, nam **auctoritati ve  
pascere verbo Dei et sacramentis**, est **actus su-  
perioris absolute** respectu illius, qui sic pascitur, ut patet  
inductive: et sic responsio interimit seipsam. Si autem **minis-**

<sup>1</sup> Ioan. XXL 17.

**terialiter**, ergo non habet Papa ex se in pascendo plus  
quam in actibus iuridicis : potest siquidem et actus iuridicos  
omnes, ut minister Ecclesiae communitatis apud istos : et sic  
responsio nihil dicit.

540 Est ergo Papa **vere pastor auctoritative uni-  
versalis Ecclesia et singularum personarum eius**  
in iudicio et iustitia et verbo Dei, etc. vice illius qui pascit  
omnes « in innocentia cordis sui

541 Dixi in eodem VII cap. \* ex illa auctoritate : « Fiet  
85 unum ovile et unus pastor <sup>2</sup> », quod Papa est pastor illius  
ovilis, et non e converso.

542 Obicitur quod Christus dixit Petro : « Pasce oves meas »,  
npta non tuas ! : et quod Christus dedit potestatem ovili supra pa-  
555 store.

543 Respondeo quod Petrum esse pastorem ovium, non  
suarum, sed **Christi**, **concludit ipsum esse pastorem non**  
ex se, neque loco Ecclesiae communitatis, ut obicientes di-  
cunt, quoniam oves nec sunt Petri, nec sunt communitatis Ec-  
clesiae, **-sed loco Jesu Christi**, cuius solius sunt oves pro-  
priae. Unde ex hoc nihil aliud habetur nisi quod Petrus prae-  
est ovili non suo, sed Christi, non ex se, sed loco Christi.

544 Quod autem additur : Christum dedisse auctoritatem ovili  
supra pastorem, voluntarie dicitur, et ipsis verbis Domini  
dissonat et repugnat. Dissonat quidem, quia ovile illius pasto-  
ris Ecclesiam constituit : regulare est autem ut pastor praesit

<sup>1</sup> P.. c. 2.

<sup>2</sup> Ioan, X, 16.

ovili, et non e contra. Repugnat autem, ut ibidem deductum est : quia non fieret unus pastor iuxta verbum Domini, sed duo, scilicet Petrus et ipsum ovile. Et quia de Petro, voce Domini constat dicentis: «Pasce oves meas», et quod **unus tantum sit**, eiusdem auctoritate Domini patet: consequens est ut alter pastor fictus sit contra Domini sententiam.

[§ 3]

545           Dixi in eodem VII capitulo : quod non minus Papa  
88           est episcopus Ecclesiae catholicae quam quilibet episcopus  
suae ecclesiae, ex hac propositione inferendo superioritatem eius super Ecclesiam catholicam et non solum super singula membra, sicut est in aliis episcopis respectu suarum ecclesiarum.

546           Obicitur contra similitudinem, tum quia episcopus particularis gerit vices universalis Ecclesiae, quae est supra suam communitatem, tum quia ecclesia particularis cui praeficitur episcopus, habet superiorem in terris, qui praeficit illum episcopum.

547           Respondeo, et primo: quod **ratio non fundatur super similitudine, sed super proprietate huius sententiae: Papa est episcopus Ecclesiae catholicae**; quamvis declaretur ex simili, immo eadem ratione in aliis episcopis : Ambrosius est episcopus ecclesiae Mediolanensis etc. Unde, cum ex ista propositione formaliter intellecta : Papa est episcopus Ecclesiae catholicae, sequatur ipsum esse episcopum communitatis Ecclesiae, satis habetur intentum.

548           Obiecta autem afferunt dissimilitudinem in non causa ut causa : nam in eo quod est esse episcopum catholicae, vel talis ecclesiae, potest considerari quid importet esse episcopum, et potest considerari a quo fiat episcopus. Et obiecta qui-



dem procedunt considerando a quo fiat vel fieri debet episcopus, ratio autem procedit considerando quid est esse episcopum. Constat autem, quod ad iudicandum de naturis rerum, causa formalis et quod quid est concludit efficaciter, undecumque fiant effective : sive enim homo fiat a Deo ut Adam, sive ab alio homine, ut nos, unius naturae sumus. Et similiter sive episcopus sit a Papa sive ab universali Ecclesia, sive habeat superiorem sive non, unius naturae est in quantum episcopus, quamvis alterius naturae sit in quantum subditus. Unde ut unico verbo dicatur, **ratio de episcopo ut sic loquitur, obiectiones autem de episcopo in quantum subditus alteri et alterius et ab altero.**

Propter quod cum [Papa] a sit vere episcopus Ecclesiae catholicae, sequitur, ut ibidem dixi quod est **primo episcopus ipsius Ecclesiae catholicae et secundo singularium.** Tum quia non minus est ipse catholicae Ecclesiae episcopus quam Ambrosius episcopus ecclesiae Mediolanensis : esset enim longe minus, si non esset episcopus totius, sed singulorum membrorum tantum. Tum quia actus proprius episcopi, qui est superintendere, primo fertur super bono ipsius catholicae Ecclesiae, et secundo super bono singulorum, ut patet ex hoc quod Papa ad hoc tenetur sub peccato mortali ex hoc quod est Papa ; constat autem potestates per actus proprios cognosci.

Nec ad hoc video responsionem, nisi diceretur quod Papa habet hunc actum, in quantum gerit vices universalis Ecclesiae, cui primo convenit iste actus et ex eius commissione convenit Papae. Sed haec responsio potest dupliciter intelligi.

Primo, quod Papa habeat hunc actum dependenter ab Ecclesia, sicut rex creatus a regno, et in hoc sensu falsa est: quia sic Papa esset vicarius Ecclesiae, et non immediate ipsius Jesu Christi, quod demonstratum est esse falsum, et amplius monstrabitur. Secundo potest intelligi, quod Papa habet actum ex suo officio, supplendo id quod Ecclesiae conveniret, si non esset subdita. Et in hoc sensu est vera responsio: sed nihil obstat rationi, ut patet.

[§ 4]

551 Dixi in eodem VII cap. \* quod Papa habet supremam  
n. 90 potestatem in Ecclesia Dei, et ex hoc deduxi ipsum esse supra universalem Ecclesiam.

552 Obicitur glossando primo quod potestas Papae dicitur /fo  
suprema respectu potestatum particularium, non autem respectu potestatis communitatis totius Ecclesiae.

553 Dicitur ' secundo, quod ex hoc quod ponitur suprema  
potestas in Papa et suprema potestas in Ecclesia, non sequitur quod sint duae supremae potestates in Ecclesia Dei, quia potestas Papae est propter Ecclesiam, juxta illud: « Posuit vos Deus regere Ecclesiam I. » Ubi autem unum propter alterum, ibi unum tantum, ut patet in Topicis 2.554

554 Respondeo: et glossa quidem allata \* repellitur ex ma-  
n. 552 gna differentia inter *secundum quid* et *simpliciter*. De Papa asseritur simpliciter quod habet supremam potes-

• cd. V.: Dico.

1 Act. XX. 28.

> ARISTOTELES. Topic.. III, 2; Bekkec. 117 . |8 et »q.

tatem in Ecclesia Dei, ut patet in textu allegato ibi I ; glossa autem ponit Papam habere potestatem supremam **secundu** **quid**, quia in respectu ad aliquas, et non ad omnes potestates in Ecclesia Dei. Repellitur quoque ex litterali expositione illius superlativi « supremam » : potest enim exponi negative et positive, id est non habens superiorem, et omni alia superior et utroque modo repugnat glossae illi.

555 Quod autem obicitur sequelae \* nihil est : quoniam si  
'1553 communitas Ecclesiae est tantae potestatis quod Papa subest ei, oportet quod obiectum proprium potestatis Ecclesiae et obiectum proprium potestatis Papae se habeant secundum supra et sub proportionaliter, sicut ipsae potestates. Et hoc etiam est manifestum ex eo quod commune bonum Ecclesiae totius est proprium obiectum potestatis Ecclesiae communitatis ; bonum autem singulorum est proprium obiectum potestatis Papae consequenter loquendo, quia potestas sua propria secundum illos est primo respectu singulorum, et respectu boni communis totius Papa non intromittit se, nisi ut utens potestate Ecclesiae ut instrumentum illius. **Essent ergo verissime duae potestates supremae, et subordinatae simul**: quod est ridiculum.

556 Ad id vero quod dicitur \* : potestas Papae est propter  
ltd' Ecclesiam, dicitur quod secundum veritatem est verum, et nihil iuvat. Sed secundum hypothesim eorum non esset propter Ecclesiam eodem modo formaliter sumptam, propter quam esset potestas illa Ecclesiae, quia ista propter Ecclesiam **collective**, illa vero propter Ecclesiam **distributive**. Unde cum regula ex unitate obiecti non obstet, et potestas non sit propter potestatem, sed sub potestate non video quomodo obstet regula topica.

[§ 5]

- 557           Dixi in eodem VII cap. ! quod Papa est proximus et  
93           immediatus vicarius Christi : ergo nullam habet in terris potes-  
tatem priorem se ; et inde intuli Ecclesiam non habere imme-  
diate ordinariam auctoritatem a Christo, et Papam non me-  
diante Ecclesia habere auctoritatem, etc.
- 558           Obicitur glossando, quod Papa dicitur immediatus vi- ›  
carius Christi, quia potestas vicariatus sui est immediate insti- 9  
tuta a Christo et Ecclesiae collata, et non propterea quod  
habeat a Christo non mediante Ecclesia, ita quod Papa est  
immediatus vicarius Christi, sicut apud Apostolum reges sunt  
ministri Dei in vindictam malefactorum ', qui tamen mediante  
populo fiunt.
- 559           Respondeo : et glossa quidem repellitur ex differentia  
inter medium in instituendo principatum, et medium in princi-  
pando : differunt enim haec sicut coelum et terra. **Et esse  
immediatum vel mediatum vicarium non attendi-  
tur secundum institutionem solam, sed secun-  
dum ipsum principari.**
- 560           Declaro singula brevitatis causa in exemplis : Christus  
instituit absque medio potestatem episcopalem et sacerdotalem,  
instituit mediante Ecclesia potestatem ordinum minorum et  
subdiaconatus secundum aliquos : in istis est medium in insti-  
tuendo, in illis non. Papa instituit legatum, qui committit  
vices suas alteri : legatus principatur sub Papa absque medio ;  
vicarius autem legati cum medio in principando : dependet  
enim principari hujus a principatu legati et non sola electio

ipsius. Ex his autem liquet quale medium negatur, cum absolute dicitur aliquis immediatus vicarius alicuius principis, quod scilicet negatur medium in principando, ut patet inductive.

561 Unde cum Papa absolute, et absque limitatione aliqua asseratur proximus et immediatus Christi vicarius, negatur medius principatus inter Christum et Papam inferior Christo et superior Papa, cuius vices gerit Papa. Si enim medius principatus talis est, ut isti concedunt ponentes Ecclesiae totius communitatem esse talem principatum, licet Papa posset dici vicarius Christi, non tamen potest vere dici simpliciter et absolute immediatus vicarius Christi, sed immediate vicarius Ecclesiae et mediate ipsius Christi. Immediatio autem institutionis potestatis Papae a Christo non facit ipsum Papam Christi vicarium immediatum nisi secundum quid, scii, secundum potestatis suae institutionem: sic enim quilibet episcopus potest dici immediatus vicarius Christi, quia cuiuslibet potestas immediate est instituta a Christo. Constat autem quod aliud intendit determinatio Ecclesiae et sancti Patres cum assentitur Papam immediatum esse vicarium Christi. Unde ratio stat in suo robore.

562 Ad id vero quod additur de simili in regibus,\* dicitur quod non dicuntur proximi et immediati ministri Dei, sed vices multitudinis gerendo Dei ministri procul dubio sunt. Longe autem aliter est de Papa, qui non gerit vices multitudinis, sed Jesu Christi.

563 Et scito, quod inter regem creatum a populo ut Saul, ut stando in naturali iure fit et regem datum a Deo, ut David, et Papam factum a Christo, ut Petrus, et Papam electum ab Ecclesia, ut reliqui, tanta est in repraesentando

562

f' ». 555

I c. fin.

populum differentia, quod rex, tam creatus a populo quam datus a Deo, populum et eius potestatem repraesentat. Licet namque in fieri differant inter se, quia alter a populo, alter a Deo praeficitur, in natura tamen officii et potestatis non distinguuntur. Nam quemadmodum organum naturale, puta manus, si sit a Deo miraculose, perinde est ac si esset a natura, ita organum politicum, puta rex, cum est a Deo, perinde est ac si esset a populo, et propterea eius potestatem utroque modo factus repraesentat et exercet, illiusque vices gerere dicitur et non Dei immediate. **Papa autem sive a Christo immediate sive ministerio Ecclesiae mediate factus, eiusdem etiam est naturae et potestatis: et non repraesentat potestatem populi ecclesiastici, nec ipsum, sed Dominum Jesum Christum immediate, et illius solius vices gerit immediate.**

564 Et ratio diversitatis in rege et Papa est, quia potestas regia naturali iure est in populo primo, et ex populo derivatur ad regem; potestas autem papalis supra naturam est, et divino iure in persona unica, non in communitate primo est<sup>1</sup>, statuente Christo Ioan. X, [16] formam supremi ecclesiastici regiminis in unica persona, cum dixit: « Alias oves habeo, et illas oportet me adducere: et fiet unum ovile, et unus pastor », et determinante eodem talem formam ad personam Petri in sua perpetua successione Ioan. ult. cum dixit illi: « Pasce oves meas<sup>2</sup>. » Unde Papa solius Christi Vicarius est, et non Ecclesiae et propterea definitum est per Ecclesiam, quod Papa in Beato Petro officium suum universale suscepit, ut patet ex allegato in libello \* etc...

<sup>supra</sup>  
n, 96

<sup>1</sup> Cf. supra nn. 450, 451.

<sup>2</sup> Ioan. XXI, 17.

[§ 6]

565 Dixi in eodem VII capitulo conclusionem hanc: Papae potestas est supra Ecclesiam universalem et Concilium generale ut distinguitur contra Papam.

566 Obicitur primo auctoritate Augustini in epistula ad Glorium, Eleusium <sup>a</sup>, Feliceum <sup>b</sup>, Grammaticum, etc., quae inter epistolas est 162 \ ubi loquens de depositione Caeciliani Carthaginensis episcopi dicit: « Ecce putemus illos episcopos qui Romae iudicarunt, non bonos iudices fuisse; restabat adhuc plenarium Ecclesiae universae <sup>c</sup> Concilium ubi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari; ut si male iudicasse convicti essent, eorum sententiae solverentur etc. », et inter episcopos Romae Judicantes comprehendit Melchiadem Papam, ut patet ex epistula illa <sup>d</sup>. Ex quibus verbis manifeste sequitur quod a Papa et Concilio simul particulari potest appellari ad Concilium universale, et sententia eiusdem solvi.

*Aim. VII,*  
*989 C -*  
*990 A*

567 Secundo, auctoritate VIII Synodi <sup>3</sup>, can. XXI, cuius pars habetur <sup>xxn</sup> D., in can. *Diffinimus*, ubi dicitur: « Universalis Synodus cum convenienti reverentia quamlibet quaestionem de Romana Sede exortam audire tenetur et in ea proficere, non tamen audacter sententiam in Romanum Pontificem dicere <sup>4</sup>.» Ex quo patet quod licet omnem quaestionem

*Aim. ib.,*  
*990 A*

• ed. V. : Eleutium.  
b ib.: Felicem.  
c ib.: universale.

• nunc *ephi.* 43. VII. 19. Cf. S. AUGUSTINI Opera. PL 33. 169.

<sup>3</sup> Ibid., 16.

<sup>3</sup> Cone. Conitantinopolitan: VI.

< c. 7. D. XXII.

de Romana Sede definire habeat Synodus, id tamen cum reverentia propter illius eminentiam facere debet.

Tertio, auctoritate Damasi Papae, quae ponitur inter epistulas Ambrosii, epistula 72 I, ubi Damasus dicit respondendo: « Cum huiusmodi fuerit Concilii Capuensis iudicium ut finitimi Bonoso atque eius accusatoribus iudices tribuerentur '... , advertimus quod nobis iudicandi forma competere non posset, nam si integra esset hodie Synodus, recte de his quae vestrorum scriptorum comprehendit series decerneremus. Vestrum est igitur qui hoc recepistis iudicium, sententiam ferre; vicem enim Synodi recepistis, quos ad examinandum Synodus elegit ». Et infra: « Vos enim, ut scripsimus, totius Synodi vice l' decernitis; nos quasi ex Synodi auctoritate iudicare non convenit. » Ex quibus manifeste patet primo quod Papa dicit se non posse de illa causa cognoscere: de qua posset si Synodus adhuc esset integra, id est, nihil commisisset. Secundo, quod Papa confitetur non solum Concilium esse eo iudicando superius, sed etiam deputatos per Concilium, in ea causa in qua deputati sunt.

569 Quarto, auctoritate canonis in cap. *Si duo*, Dist. LXXIX", ubi dicitur quod si duo contendunt de papatu, Concilium est iudex: ergo habet superioritatem in utrumque; nullus enim est alterius iudex ordinarius, quin sit iurisdictione superior.

570 Quinto, ratione: Papa et reliqui praelati quidquid iudicant etc. faciunt ut ministri Ecclesiae, non solum finaliter, id

a ed. V.; tribuerunt,  
b ed. V.: vice Dei.

1 nunc *cphtul*, 66, I; PL- 16, 1223 A; ib., 2; PI ib 1223 B  
i c. 8. D. LXXIX.

est propter Ecclesiam, sed elective auctoritate Ecclesiae: ergo in Ecclesia est primo auctoritas. Antecedens probatur: quia agere dicuntur secundum intentionem Ecclesiae. Sequela autem est manifesta.

Et confirmatur, quia suffragia, quibus privatur excommunicatus, et indulgentiae " non sunt praelatorum, sed Ecclesiae.

172 Et confirmatur iterum: quia sicut Deus condens humanum genus dedit potestatem regiminis civilis ad finem naturalem non uni, sed communitati etc., ita regenerans idem ad finem supernaturalem, dedit potestatem spiritualis regiminis ad illum finem communitati Ecclesiae etc. Et sicut quandoque praevenit populum dando principem, ut Moysen, ita praevenit Ecclesiam dando Petrum.

73 Et confirmatur tertio: quia aliter politia ecclesiastica non esset ita bene ordinata sicut civilis; nam ista potest providere sibi, principe potestate abutente in destructionem; Ecclesia autem non posset, si non esset superior Papa.

574 Et confirmatur quarto: quia ipse Papa esset miserabilior ceteris si a malo compesci non posset.

Et confirmatur quinto: quia Papa est Ecclesiae filius ac per hoc subditus. Antecedens patet ex Ambrosio in libro De Symbolo | « Non habebit ibi Deum patrem, qui noluit habere Ecclesiam matrem. » Sequela patet Prov. X, [1]: « Stultus despicit matrem suam. »

4k ci 99/ D- 992 J 6 Sexto, etiam ratione: si Papa habet potestatem super totum residuum Ecclesiae collective, ergo potest aliquem actum iurisdictionis in illud totum etiam invitum exercere, sed hoc est

ed. V.: Indulgentiarum.

1 Inter opera S AUGUSTINI. De *Symbolo ad Catechumenos*. 13; PL 40,

*Alm. ib.,*  
993 A B



falsum: quia non potest illud totum excommunicare aut interdicare, nec ad aliquid ipso renitente obligare, ut patet per illud Augustini: « Leges instituuntur cum promulgantur, firman- tur cum moribus utentium comprobantur », Dist. IV, cap. *In istis* \

577 Septimo: quia potestas ecclesiastica prius tempore est in Ecclesia quam in aliquo Summo Pontifice: quia illa fuit ins- tituta et Ecclesiae collata Math. XVIII, [18], ista autem Ioan, ult. [xxi, 17] Petro data est. Et ideo si Christus Petrum Papam non instituisset, potuisset hoc Ecclesia facere, committen- do ei suam potestatem, nec potuisset illam ab eo auferre nisi ex causa rationali, sicut populus potest respectu regis.

578 Respondeo: ex auctoritate illa Augustini non sequitur  
\* n. 566 Concilium esse supra Papam, sed dupliciter argumentum ex illa deficit.

579 Primo, quia aequivocat de Concilio: nam quaestio nostra est de Concilio distincto contra Papam, seu secluso Papa, quod est Concilium acephalum. Augustinus autem loquitur de **universali Concilio cum Papa**, ut patet ex hoc quod ponit praesentiam iudicum, id est episcoporum qui iudi- caverant. Constat autem quod non licet arguere a Concilio ad Concilium acephalum.

580 Secundo deficit quia ex hoc quod restabat refugium Concilii universalis, infertur superioritas: est enim hic sophisma consequentis. Potest enim recursus iste haberi propter multas causas, scii, exclusionem suspicionis, pleniorum discussionem, maiorem sapientiam, personalem tractatum, et quidquid eius- modi est, ut patet ex continua consuetudine appellantium ad eundem iudicem, puta Papam, plenius informandum et causam

per alios tractaturum iudices etc. Et hoc consonat litterali sensui Augustini: ubi propter praesentiam omnium praelatorum potuisset causa ita discuti, ut etiam iudices qui primo in par- tibus, et qui secundo Romae iudicarunt, personaliter praesentes rationes iudicii conferre potuissent, et universali omnium iudicio decerni, et etiam dissolvi prius male iudicatum. Ad nihil enim horum exigitur maior auctoritas intensive quam Papae, sed sua sufficit cum maiori discussione, sapientia, etc. ut quotidie videmus. Est etiam cum his omnibus in Concilio universali maior auctoritas extensive, et maior solemnitas iudicii: quae omnia sententiam eius omni exceptione maiorem reddere vi- dentur.

581 Ad secundum ex auctoritate VIII Synodi \* dicitur quod male exponuntur verba Synodi, dicendo quod Synodus negat modum iudicandi Papam, scii, audacter, et non iudicium ipsum. Et quod haec expositio sit mala, probatur: quia ly « audac- ter » aut importat vitium audaciae aut importat auctoritatem. Si primum, cum illud sit vitandum respectu cuiuscumque et non solum respectu Papae, ridicula esset decisio Synodi quod ipsa non debet vitiose, vel ex passione iudicare Papam etc. Si se- cundum, haberetur contrarium expositionis allatae. Unde litte- ralis sensus est quod **dicere sententiam in Romanum Pontificem est audaciae vitium**; illa siquidem nega- tio praeposita non modum solum, sed totum negat.

582 Dicendo igitur: « non tamen audacter dicere sententiam in Romanum Pontificem » significat quod **non nisi audac- ter dicere potest sententiam in Romanum Ponti- ficem** sicut cum dicimus quod de manifestis licet nobis iu- dicare, de cordis autem occultis non licet nobis temere defini- re non intendimus negare modum definiendi tantum, puta te-

mere, sed intendimus determinare quod ipsa definitio de occultis cordis est temeraria. Determinat ergo ly « audacter » naturam iudicii in Papam, sicut ly « temere » in exemplo dato naturam iudicii in cor. Et propterea ex hac auctoritate habetur oppositum eius quod arguentes intendunt.

583 In cuius signum Synodus dicit sibi competere audientiam et progressum in quaestione de Papa cum reverentia, et de sententia subdidit illam negativam, quam non subiunxisset si etiam sententia cum reverentia sibi competeret : ipsa quippe distinctio expositionis confutatae defectum ostendit. Cum autem legeris haec, memento quod sermones morales de iis sunt quae regulariter accidunt. In casu quippe haeresis pertinacis in Papa Synodi iudicium depositivum Papae absque audacia esset.

584 Ad tertium ex auctoritate Damasi dicitur quod neutrum deJuctorum ex illa auctoritate sequitur. Nam in illis verbis non negat potentiam, sed formam iudicandi sibi competere posse. Et hujus negationis causam reddit non impotentiam aut subiectionem suam, sed indecentiam, ut patet in illis verbis. Hoc autem familiare est principibus. Quin etiam si dixisset non posse iudicare, verum dixisset et a consuetudine principum non recessisset, qui ea se negant posse facere, quae indecenter facerent, si exaudirent. Constat autem quod indecens est determinationes Concilii etiam provincialis solvere, quanto magis Concilii generalis, quorum decreta etiam Papam in foro conscientiae ligant non minus quam propria. Unde et secundum sacros canones ad Romanum Pontificem praecipue spectat servare statuta Patrum. Et si notaveris eandem auctoritatem, contra arguentes facit, pro quanto insinuat excellentiam suam tantam, quod eum quasi ex Synodi auctoritate iudicare non convenit.

585 Ad quartum ex auctoritate canonis \* dicitur quod gra-  
I. 569 concessum est quod Papa incertus subditur Concilio. Duo  
bus enim contendentibus incertis iudicat Ecclesia : sed si al-  
ter esset certus et indubitatus, Ecclesia non iudi-  
caret, sed adiuveret, certum obediendo, condemnando Anti-  
papam, etc.

586 Ad quintum ex ratione \* quia praelati sunt ministri  
·λi/ Ecclesiae, dicitur quod praelati dicuntur ministri Chris-  
ti et Ecclesiae. Christi quidem et effective, quia  
ab illo habent suam potestatem effective, et suppositaliter,  
mystice tamen, quia omnes praelati sunt velut membra Christi  
iuxta illud Augustini super Joan.: « Si praepositi Ecclesiae pas-  
tores sunt, quomodo unus pastor est nisi quia sunt illi omnes  
unius membra pastoris | ? »

Ecclesiae autem integrae, id est cum capite suo,  
quod Christus est, ministri etiam dupliciter dici possunt, scii,  
effective ratione partis, scii, capitis a quo habent praelati  
auctoritatem, et *intégralitér*, quia sunt membra Ecclesiae  
reliquae a capite, non ut suppositi, sed ut corporis mystici par-  
tes *intégrales*. Et haec dicimus loquendo de praelatis Eccle-  
siae absolute, non de isto ordinato et instituto ab illo ; sic  
enim esset quaestio de illo alio et sic de aliis.

588 Ex quibus patet quod praelati Ecclesiae proprie loquen-  
do non sunt ministri Ecclesiae effective nisi ratio-  
ne *capitis*, scii. Christi, et consequenter non sunt ministri  
Ecclesiae ut dominae, nisi ratione capitis ; propter quod Pau-  
lus dixit : « Si quid ego donavi in persona Christi 2 », et rur-  
sus : « Sic nos existimet homo ut ministros Christi 3. » Ex hoc

\* S AUGUSTINUS *In Ioan.*, tract. 46, 5; PL 35, 1730.

† 2 Cor. II, 10.

s I Cor. VI, I.

autem quod ministri Ecclesiae dicuntur agere secundum intentionem Ecclesiae, non plus habetur quam dictum est : quia scii, agunt secundum intentionem Ecclesiae in capite et in corpore ab ipso capite diffusam. Quamvis hoc possit etiam intelligi : secundum intentionem Ecclesiae, idest secundum intentionem ecclesiastico officio debitam : hac enim intentione confici et conferri dicuntur sacramenta, etc.

589  
♦ n. 57/ Ad primam confirmationem quia suffragia sunt non praelatorum, sed Ecclesiae \* dicitur quod falsum est suffragia non esse **praelatorum ut dispensatorum**, quamvis sint Ecclesiae integrae ut **proprietae**: sed hoc nihil aliud concludit nisi praelatos ab Ecclesia integra ratione capitis potestatem habere. Unde omnia deficiunt ob aequivocationem ad propositum ab Ecclesia integra ad Ecclesiam ut distinctam contra caput.

59Q  
\* n. 572 Ad secundam confirmationem de similitudine conditionis et regenerationis generis humani \* dicitur quod apertissime constat falsum assumi, et dissimiliter Deum instituisse. Nam in ordine ad finem naturalem potestatem communitati indidit, et non uni; in ordine autem ad finem **super naturalem, potestatem dedit uni**, et **n o n c o m m u n i t a t i** : praefecit enim Jesum Christum, secundum quod homo est, in principem et caput omnis Ecclesiae, ut patet, et hoc non praeveniando sicut in civilibus, sed instituendo, ut patet \

591 Et scito quod argumentum deficit ex eo, quod non attendit ordinem primanum regenerationis humanae, sicut attendit primanum ordinem conditionis humanae: sed **declinavit ad ordinem secundarium Ecclesiae, qui est in tempore absentiae principis**, «qui abiit in regionem

† Cf. iupra nn. 450, 451.

longinquam accipere sibi regnum et reverti \» Quae declinatio manifeste defectiva est : quia primo in uno, primo in altero reddendum proportionaliter est. Hic autem secundarius ordo in Ecclesia, naturam si sequitur principalis, absque omni contradictione optimus videtur. Sic autem potestas in uno principis vicario, non in communitate, locanda est, et locata ab ipso principe in Petro. Unde patet quod non praevent princeps Ecclesia: sed suapte natura ordinem regiminis spiritualis prosecutus, in Petro et eius successoribus vicariatuum suum locavit.

592 Ad tertiam confirmationem \* iam patet quod optime provisum est **politiae spirituali** in suo naturali principe, qui peccare non potest; in ordinatione autem vicarii illius optime quoque provisum est, dum suavis dispositio servata est. **Supernaturale** namque regimen, quale est papatus, suapte natura **supernaturalem defensionem et remedium sibi vindicat**, quale Dominus Jesus Christus sibi auctoritative reservando electionem et Ecclesiae reliquae ministerio orationum instituit. Hoc enim suave et efficax est remedium, ut in loco suo inferius monstrabitur.

593 Unde falsum est Dominum Jesum Christum minus bene ordinasse politiam Ecclesiae, etiam sub suo vicario quam politiam civilem in humanis, quoniam **utrobique non idem, sed proportionale remedium contra malum principem datum est**, ita quod Ecclesia potest se et contra illum tueri et deponere votis et operibus Ecclesiae proportionalis, scii, orationibus, jejuniis, eleemosynis; haec enim efficaciora sunt ceteris causis secundis, quia superiores sunt reliquis, et propriae universali saluti Ecclesiae, sed « non omnes capiunt verbum istud

1 Luc. XIX. 12.

2 Matth. XIX. II.

594           Ad quartam confirmationem \* dicitur quod immediate sus-  
n. 514       Ceptus sub Cura Christi viventis et specialiter de ipso curam  
              habentis, non est miserabilior cunctis, nisi ratione servitutis  
              universalis et periculi maximi et huiusmodi : talis autem est  
              **Papa, qui non potest coactiva poena puniri, sed**  
              **tenetur ex amore libere operari.** Felicitatis enim  
              quaedam inchoatio est, non miseriae, esse in statu in quo  
              « non sicut servus sub lege, sed sicut liber in gratia consti-  
              tutus 1\* » homo adhuc mortalis est positus, ut in papatu con-  
              tingit.

595           Ad quintam \* dicitur quod **Papa, inquantum singu-**  
\* n. 575       **laris persona, est filius Ecclesiae,** quia regeneratus,  
              nutritus et instructus ab Ecclesia sicut ceteri: inquantum  
              autem **Papa, est filius Ecclesiae integrae,** hoc est cum suo  
              capite, et **pater,** non filius, reliquae Ecclesiae. Sed in his  
              et similibus adverte tu, cui haec et similia obiciuntur, ne aequi-  
              vocatio de Ecclesiae vocabulo te fallat, ut ea quae dicuntur  
              de Ecclesia integra, sive cum capite sive cum vices capitis  
              habente, ad Ecclesiae communitatem secluso capite applicata  
              suscipias: haec enim te decipient.

596           Ad sextum argumentum principale \* dicitur cum Apo-  
\* π. 576       stolo quod : « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt \* ;  
              et rursus: Omnia possum, « sed non omnia aedificant<sup>3</sup>. »  
              Conceditur igitur quod **Papa potest,** quantum ex potestatis  
              suae auctoritate est, **actum iurisdictionis etiam in**  
              **invitam Ecclesiam reliquam exercere, sed non**  
              **expediret, si non aedificaret.** Nec valet argumentum:

1 ex Regula S. Augustini, inter S. AUGUSTINI Opera. Ephi. 21 l. 16; PL 33,965,

1 I Cor. VI, 12.

3 lb. X, 23.

non potest illam excommunicare, ergo non potest aliquem actum jurisdictionis in invitam exercere, ut patet.

597 Ad probationem autem ex auctoritate Augustini \* dicitur quod potius probat oppositum. Si leges instituuntur cum promulgantur, Papa promulgando legem in totam Ecclesiam instituit absque **Ecclesiae consensu**: potest igitur ipse solus instituere legem in illam. Firmitas autem ex consensu utentium, non ex parte auctoritatis, sed executionis se tenet. Quod convincitur ex eo quod statutum universalis Concilii integri etiam consensu utentium firmatur, ita quod non ligat quando est a dissensu utentium infirmatum, et tamen nullus dubitat universale Concilium integrum firmitatem auctoritatis legibus suis dare. Provenit autem haec legum infirmitas ex dissensu utentium etiam ab ipsis legislatoribus negative, pro quanto tolerando dissimulant, et implicite revocant quod fecerunt. Et merito: quia lex, ut dicitur Dist. IV, cap. *Erit* <sup>1</sup>, debet esse patriae, loco temporique conveniens.

598 Ad septimum \* dicitur quod falsum assumitur: nam potestas ecclesiastica primo fuit in primo Summo Pontifice Domino Jesu Christo, qui « Pontifex assistens futurorum bonorum, aeternam redemptionem invenit » Falsum quoque monstratum est esse quod Dominus per illa verba quae habentur Matth. XVIII, [18] potestatem ecclesiasticam dederit Ecclesiae, quamvis promiserit ei super suos subditos: ut superius diffuse discussum est<sup>2</sup>. Aequivocatio demum incidit iam dicta ab Ecclesia ad Ecclesiam secluso capite declinando. Reliqua autem quae arguendo afferuntur, scii, quod Ecclesia potuisset instituere Petrum Papam, quam falsa sint, ex supradictis patet quia si

\*a. 577  
i  
t.575  
o.5/0

<sup>1</sup> c. 2. D. IV.

» Hebr. IX. II. 12.

<sup>3</sup> Cf. »upra cap. II-V. notanter nn. 488-9.

potuit Ecclesia umquam instituere papatum in uno et eius successore ut Christus fecit, posset quoque instituere illum in triumviratu, vel aliquo huiusmodi: quia eiusdem est instituere et instituta mutare pro loco et tempore.



[Caput X]

599 Dixi in VIII cap. \* quod Concilium Constantiense pro  
93. illo tempore primo quo fecit illa decreta de potestate Synodi  
116 non erat verum Concilium universalis Ecclesiae, et quod Ba-  
sileense erravit illud sequendo.

Obicitur dupliciter : primo, quod blasphemavi.

601 Secundo, quia Concilium Constantiense sub obedientia Joan-  
nis XXIII erat verum Concilium universale, quia succedebat  
Concilio Pisano, in quo fuerat unio Ecclesiae deposito  
utroque Papa, scii. Gregorio XII et Benedicto XIII et electus  
Alexander v, cui successit Joannes XXIII qui congregavit illud  
Constantiense Concilium \

*Aim. vn,*  
*992 C*

602 Respondeo, et primo quoad Constantiense Concilium. Si  
ego blasphemo, quare Gregorius XII, qui expresse recusavit in  
actu unionis Ecclesiae recognoscere Concilium illud pro tunc  
ut Concilium illud, non blasphemus, sed vir pacis et Ecclesiae  
amator habitus est, ut patet in gestis eiusdem Concilii sessione  
XIV. Quare obedientia Benedicti XIII inter foedera unionis, et  
in actu unionis Ecclesiae recusationem talis pro tunc Concilii  
volens et faciens, non blasphemus, sed catholicae unitatis stu-  
diosa est habita, ut patet in sessione XX et XXII. Quare Si-  
gismundus Imperator, qui praesedit illi Concilio ut satisfaceret  
recusationi illius Concilii non blasphemus, sed defensor Ec-  
clesiae habetur? Quare demum ipsummet tunc Constantiense

1 Cf. DTC, art. *Pise (Concile de)*, t. XII, P. II, Col. 2129; ib. art. *Constance (Concile de)*, t. III, P. L col. 1200-L

Concilium cum negavit facto seipsum esse Concilium non semel, sed bis, primo in acceptando praesidentiam Imperatoris et auctorizari se in Concilium a Gregorio XII, secundo in acceptando se convocari ab obedientia Benedicti XIII et convocare illam, non blasphemavit? Et si potius scandalum permitti debet a qualibet singulari persona quam veritas deseratur, quomodo Concilium universale a Spiritu Sancto rectum, potius veritatem deseruit seipsum facto negans, quam scandalum permittere voluit iam natum?

603 Ex his autem recte consideratis patet quod Concilium illud non reputavit seipsum certum et indubitatum Concilium illo tempore et propterea huiusmodi negationes admittebat, dans operam ut unum certum et indubitatum Concilium fieret cum indubitato capite, ut tandem fuit. In quo igitur ego eno, si dubia et incerta pro dubiis incertisque habui? Nihil enim dixi aliud in sententia. Nam dubia et incerta pro vera auctoritate refutari constat, veritatisque auctoritatem eis tribuere nefas est.

\* n. 601 Ad secundam obiectionem de successione ad Concilium Pisanum,\* dicitur quod nec illud Concilium constat fuisse certum et indubitatum, ut ceteris omissis patet ex duobus.

605 Primo, quia assertio ista renovaret antiquum schisma: quid enim aliud est dicere, Concilium illud Pisanum cum Alexandro v certum et indubitatum, quam certe et indubie damnare Gregorium XII et Benedictum XIII cum suis obedientiis? Hoc autem est redire ad illud schisma.

606 Secundo, quia ipsum Constantiense Concilium sub obedientia Joannis xxin, hact crediderit se esse universale Con-

\* Cf. loc. dt.col. 1200-1202 ; 1209-1210. etc. IOAN. DE TURRECREMATA *Summa de Ecclesia*, II, 99; ROC. XIII, 427.

cilium succedens Pisano, non tamen hoc pro certo et indubitato tenere se contestatum est facto suo, ut patet ex dictis.

(ff) Accedit ad haec quod sine Papa definivit, et propterea si fuisset etiam tota reliqua Ecclesia repraesentative, potuisset errare, nec fuisset Concilium generale perfectum simpliciter; ut patet in libello \*

\$8 Quoad Concilium vero Basileense, universalis Ecclesiae responsionem replico, quae Eugenium [iv] adoravit, Concilium Florentiae universale ex Orientali etiam ecclesia celebravit in materia fidei, etc. \ Si ego blasphemavi, quis excusat Ecclesiam a blasphemia ?

† Ci. DTC. art. *Bâle (Concile de)*, t. II, P, 1, col. 123- 128.

[Caput XI]

- 609 Dixi in capitulo ix glossando verba Augustini: Petrus  
n. 61, claves accepit, Ecclesiam significavit et similia quod in hoc  
sensu dicta sunt, quia officio capitis perpetuo in Petro et suc-  
cessoribus data haec sunt, et propterea in persona Ecclesiae  
dicitur Petrus suscepisse haec.
- 610 Obicitur quod non sit iste sensus intentus ab Augustino  
quia sequeretur claves datas esse Ecclesiae finaliter, et non  
formaliter: cuius oppositum vult ibi Augustinus.
- b11 Respondeo quod sequela non tenet: immo sequitur ex  
illo sensu claves esse datas Ecclesiae **formaliter**: tum quia  
quod 'datur capiti formaliter, vere etiam datur corpori, cuius  
est illud caput formaliter: tum quia datum capiti et corpon  
formaliter, quamvis corpori mediante capite, constat datum  
esse toti formaliter; sic autem est in proposito, ut patet. Sed  
**argumentum praeter hoc fallitur in aequivoco** de Ec-  
clesia ab **integra** Ecclesia in terris, capite scii, et corpore,  
de qua loquitur Augustinus ad Ecclesiam **pro corpore** tan-  
tum, ut quoddam unum integrum, cuius Papa sit vicarius:  
quod est fictitium.
- 612 Firmatur autem sensus a me assignatus ex eo quod ex-  
posui Augustinum ex ipsomet Augustino; inquit enim in libro  
De agone christiano: « Non sine causa inter Apostolos Ec-  
clesiae catholicae<sup>1</sup> personam sustinet Petrus: huic enim Ec-  
clesiae clavae datae sunt, cum Petro datae sunt, et cum ei  
dicitur, ad omnes dicitur: « Amas me? Pasce oves meas.»

Haec ille \* Constat enim quod Petro ut distincto ab aliis,  
et pro se et successoribus datus est papatus per illa verba:  
«Pasce oves meas», Joan. ult. XXI, [17]. Et Augusti-  
nus idem iudicat de hoc actu et de acceptione clavium.  
**Ratione igitur officii capitalis et perpetui in  
Ecclesia diffusi** Augustinus dicebat quod personam Ec-  
clesiae gerebat.

1§ 2]

- 613 Dixi in eodem capitulo \* quod Papa non potest errare  
errore iudiciali in fide, quamvis possit errare personaliter, quia  
ad ipsum spectat finalis determinatio de fide, ut Decretum  
primo, et S. Thomas post dicit, et probat ratione et auctoritate  
Cyrilli et Maximi.

- M Obicitur primo, quia duo Summi Pontifices determina-  
verunt contraria in his quae fidem tangunt; ergo alter eorum  
erravit errore iudiciali in fide. Assumptum patet de joanne  
XXII et Nicolao ill", quorum unus determinavit iudicialiter  
Christum et Apostolos nihil habuisse in communi nec in par-  
ticulari, alter oppositum, ut est videre in eorum Extravagan-  
libus 2.
- 615 Secundo, quia Innocentius III et Coelestinus [ill] deter-  
minaverunt contraria super illa propositione: « Uno coniugum  
ad haeresim transeunte, alter qui remanet in fide, potest ad

Æm. X,  
1001 B-  
1002 D

\* cd. V.: IV

1 ut »upra n. 61.  
» DE.NZ.-BANNW. 494. cum nola.

secunda vota transire » : ut patet in cap. *Quanto, de di. üortils* et Glossa ibidem \

616 Tertio, quia aliqui statuerunt contra Evangelium: ut pj Pelagius [π], qui constituit ut subdiaconi Siciliae a suis uxoribus abstinerent quas in minoribus duxerant, aut ab officio cessarent : quam constitutionem quia erat impia et contra Evangelium, retractavit Beatus Gregorius I, eius successor, ut patet in Dist. XXXI, cap. *Ante triennium*, in textu et Glossa 2; sicut enim potuit iudicialiter statuere contra Evangelium, ita f et definire.

517 Quarto, quia sequeretur quod Summus Pontifex non posset fieri haereticus circa propositiones nondum determinatas, ut erat articulus de processione Spiritus Sancti a Filio. Et tenet consequentia: quia non posset esse pertinax contra sui ipsius determinationem.

618 Sequeretur etiam quod determinatio etiam solius Summi Pontificis ligaret suum successorem.

619 Sequeretur etiam quod Papa vere haereticus male iudicari posset: quia decideret obiecta contra eum esse intelligenda in aliquo sensu suae assertioni consono.

620 Quinto, arguitur ad hominem: quia ego contradico mihimet in hoc eodem libello, nam in fine quarti capituli \* ". 53 dictum est \* quod sententia Ioannis Evangelistae praevalisset sententiae Clementis [I] Papae in doctrina fidei, et nunc dicitur quod Papa non potest errare in iudicio fidei: haec enim contradicunt, quia non praevalisset sententia Ioannis, sed tantum fuisset standum sententiae Clementis Papae quantum sententiae Ioannis, immo et plus: quia apud Clementem fuisset

\* c. 7, X, *de diüortils*, IV, 19; BERN. DE BOT., *Glossa* in hunc locum, IL col. 1557, ad verbum: < Praedecessor >. Cf. Decretum Coelestini III., c. I, *de conversione infidelium*. III, 33; CIC, II, 588.

\* c. I, D. XXXI; IOAN., *Glossa*, ibid. col. 195,

ultima decisio fidei iuxta hic dicta, sicut apud Petrum si adhuc supervixisset.

Sexto, quia frustra fuissent congregata quattuor Concilia generalia principalia contra quattuor haeresiarchas, puta Nicaenum, Constantmopohtanum [I], Ephesinum et Chalcedonense. Et tenet consequentia: quia suffecisset solius Papae decisio. Immo apud adversarium tantae est potestatis solus Papa in definiendo, sicut aggregatum ex ipso et residuo.

Septimo, ex Occam I. Quia Innocentius III ut habetur, Extravag., *qui filii sint legitimi*, in capitulo *Per venerabilem* dicit: « Cum Deuteronomium secunda lex interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, ut quod ibi decernitur in novo Testamento debeat observari 2. » Quae verba si universaliter secundum litteralem sensum intelligantur, haeresim sapiunt quia caerimonialia ibidem 3 in cap. XIII et XIV non sunt servanda. Si vero mystice intelligantur, nihil speciale de Deuteronomio dicunt: quia omnia mystice servanda sunt, ut legitur Dist. VI, cap. *His ita* \* 4.

623 Octavo, ex eodem quia nonnulli Summi Pontifices inveniuntur definivisse se in temporalibus habere supremam potestatem, ceteri vero oppositum.

624 Nono, quia non est verisimile quod homini potenti in iis quae [sunt]' fidei errare, commiserit Deus ultimam fidei decisionem.

a ed. V: itaque,

b Om. cd. V.

\* GUILL. DE OCKAM. *Super potestate Summi Pontificii odo quaestionum decisions*. q. I, c. 9; ed. Trechsel (Lugduni, 1496) f. 12.

» c. 13, X. *qui filii sint legitimi*. IV, 17.

3 scii, in Deuteronomio.

4 seu potius apud GRATIANUM, in c. 3, D. VI: « His ita respondetur »; CIC, I. II c. med.

625            Respondeo: et ad primum \* quidem dicitur quod falsum as-  
\* n. 6/4        sumitur, scilicet quod unus Papa, scilicet Nicolaus [ni], determi-  
navit iudicialiter Christum et Apostolos nihil habuisse in com-  
muni. Nam manifeste Nicolaus, ut patet in VI<sup>o</sup>, *de üerborum signi-  
ficatione, Exiit qui seminat*, dicit : « Egit namque Christus et  
docuit perfectionis opera : egit etiam et infirma, sicut interdum  
in fuga patet et loculis, sed utrumque perfecte perfectus ex-  
sistens, ut perfectis et imperfectis se viam salutis ostenderet. \*  
Haec ille \ Ubi manifeste patet, quod Nicolaus asserit Chris-  
tum habuisse aliquid ; valet enim sequela : Nicolaus asserit  
Christum habuisse aliquid, ut imperfectis se viam salutis osten-  
deret : ergo asserit Christum habuisse aliquid. Ioannes ergo XXII  
qui determinavit haereticum esse tenere quod Christus et Apo-  
stoli nihil habuerunt in communi, quia contradicit sacrae Scri-  
pturae, veritatem fidei determinavit, cuius contrarium non de-  
terminaverat Nicolaus.

526            Ad secundum \* dicitur quod neuter illorum Pontificum  
\* n. 6/5        definitive determinavit. Nam de Coelestino in capitulo *Quanto,  
de dioortiis*, Innocentius III dicit : « Licet quidam praedeces-  
sor noster sensisse aliter videatur », et de seipso subiungit,  
respondendo oppositum : « Non credimus quod in hoc casu is  
qui relinquitur, vivente altero, possit ad secundas nuptias con-  
volare. » Ubi verba ipsa, videlicet : « videtur aliter sensisse »,  
et « non credimus », ostendunt quod non definiendo in ma-  
teria fidei locuti sunt.

627            Ad tertium \* dicitur quod Pelagius [11], si statuit illud,  
6,6        nihil contra, sed supra Evangelium statuit. Quod manifeste  
patet ex hoc quod statutum illud suos observatores, aut in bo-  
num supererogationis locabat, si continerent, aut in nullo

\* c. 3, *de oerborum signijicatione*, V. 12, in VI<sup>o</sup>.

malo, si non continentes se suspendebant ab officio, ut quidam subdiaconus fecit.

628 Est autem hic advertendum, quantum crescat infamia per diversa ora paulatim : nam Sanctus Gregorius de hoc statuto loquens dicit, et quod diaconus auctoritate tamen Papae hanc prohibitionem fecit, ut patet XXVII, q. 2, cap. *Mullorum* \ et quod sibi durum ac incompetens videtur, ut patet in capitulo *Ante triennium*, Dist. XXXI <sup>1</sup>. Glossa vero ibidem <sup>3</sup> auget, dicens quod Pelagius hoc fecit, et quod illa constitutio fuit iniqua ; arguens autem amplius auget, dicens quod Romanus Pontifex statuit contra Evangelium.

629 Ad quartum dicitur **negando** primam sequelam, scii, **quod Papa non possit esse in non decisus haereticus**. Nam si ille qui est Papa tenuisset pertinaciter Spiritum Sanctum non procedere a Filio, etiam si ab Ecclesia sic determinaretur, fuisset haereticus. **Per accidens** autem est quod ab ipso vel alio **determinatio Ecclesiae fieret**, standum est enim in formalibus et per se, et non declinandum ad ea quae sunt per accidens in quacumque scientia. # M

630 Et hoc patet responsio ad secundam sequelam <sup>2</sup>. Nam determinatio unius Papae in materia fidei ligat per se omnes personas Ecclesiae, quarum sunt actus credendi, **sona propria et successoris** **li** **determinationem semel factam**

631 Ad tertiam autem sequelam dicitur quod cum id **quod imputaretur** **panae pro haeresi non esset decisum ad-** **FP<<** huc per Ecclesiam, et **P se**

<sup>1</sup> c. 20, c. XXVII, q. 2.

<sup>2</sup> c. 1, D. XXXI. Ut supra n. 616.

<sup>3</sup> IOAN., *Gloua*, in hunc locum, col. 195-6.

defenderet esse consonum sacrae Scripturae et fidei Ecclesiae, non esset haereticus formaliter, etiam si materialiter erraret in his quae sunt fidei. Et propterea non sequitur, quod Papa male posset iudicari de haeresi in casu quo iudicandus est, scii, de haeresi formaliter: in his enim non habet locum interpretatio ad istum vel illum sensum.

632           Ad quintum \* dicitur quod nulla est contradictio in dic-  
tis meis allatis. Nam bene simul stat tam Ioannem quam Clementem non posse errare, tamen alterum esse supra alterum: possunt enim esse duo omnino recta subordinata, ut patet apud omnes de Ecclesia universali praesenti et de sacra Scriptura. Dicendo autem: Sententia Ioannis praevaluisset sententiae Clementis Papae, nihil aliud dixi, nisi quod Clementis sententia subordinata erat sententiae Ioannis.

633           Ad id vero quod adiungitur, quod sequeretur oppositum huius, negatur sequela. Nam cum dicitur quod ad Papam spectat finalis determinatio de fide, intelligitur in ordine et gradu suo, scii, sub sacra Scriptura, cuius auctor est Spiritus Sanctus. Et quia Ioannes Evangelista in doctrina fidei locum sacrae Scripturae tenebat, sicut Evangelium suum hodie tenet, ideo non sequitur quod magis Clementis quam Ioannis esset standum sententiae, sed e converso.

634           Et ex hoc patet responsio ad simile allatum arguendo de Clemente et Petro, quod scii, non est eadem de utroque ratio: quia Petrus non ratione papatus, sed apostolatus, locum etiam sacrae Scripturae tenebat, sicut nunc tenent epistolae eius, et hunc sensum expresse aperui in libelli illius loco allegato dicens: Praevaluisset sententia Ioannis sententiae Clementis Papae in doctrina fidei, sicut modo prae-



\*».53

valet Evangelium Ioannis sententiae cuiuscumque Papae et totius Ecclesiae \*

635  
<». 62/

Ad sextum \* negatur sequela, quod scii, frustra fuissent Concilia illa principalia in materia fidei congregata. Concilia enim non propter potestatem intensivam, sed extensivam et propter discussionem et collationem cum multitudine universali sapientum in fide, et propter indubitabiles et acceptatos ab omnibus iudices omni exceptione maiores, congregantur in materia fidei.

636

Probatio autem sequelae procedit ac si propter habendam solam auctoritatem intensivam Concilium congregandum esset: quod falsum est. Nam licet Papa solus tantae intensivae sit auctoritatis quantae ipse cum residuo, non tamen tantae extensivae, non tamen tantae sapientiae, non tamen tantae acceptationis indubitatae ab omnibus, ut patet de ipsis oppositum sentientibus, non tamen tantae solemnitatis, quae animos humanos communiter multum afficit, non demum tantae bonitatis et gratiae coram Deo, quae apud multitudinem hominum multum valet ad persuadendum quod Spiritu Sancto regitur et errare non potest. Oportet enim ea quae totam Ecclesiam tangunt in singulis sic fieri, ut probabilia facillime omnibus sint: et ad hoc multum valent universalia Concilia a probis praecipue praestantur.

637  
' η, 622

Ad septimum \* dicitur quod, quia duae sunt Leges divinae, scii. Vetus et Nova, et Nova est secunda ordine generationis, ideo vocabulum illud, scii.: « secunda Lex », Novae Legi convenire ex vi vocabuli dicitur, et argumentum ex convenientia vocabuli sumpsit Innocentius [lit]. Et hoc expressit, ne intelligeretur quod absolute concluderet, sed quantum est ex vi vocabuli. Et hoc diminuit argumentum, non auget, ut patet, quoniam in voce una latent multa.

638 Unde ex hac convenientia quamdam persuasionem intendebat, qua mandata in Deuteronomio, non ad litteram, sed proportionaliter secundum convenientiam ad tempus gratiae servanda erant, quando, ubi etc. expediret. Unde ipse mandatum unum iudiciale ex Deuteronomio assumens et tractans non ad litteram, sed iuxta convenientiam ad sacerdotium Petri exposuit. Nec obstat quod omnia Veteris Testamenti hoc modo servari possunt ; conceditur enim quod **nihil speciale de Deuteronomio intendebat, nisi persuasionem ex convenientia nominis.**

639 Ad octavum \* dicitur quod, quia potestas Papae directe est **respectu spiritualium ad supremum simpliciter finem humani generis**, ideo suae potestati duo conveniunt: primo, quod non est **directe respectu temporalium**; secundo, quod est respectu temporalium in ordine ad **spiritualia**. Hoc enim habet ex eo quod ad supremum finem omnia ordinari debent, etiam temporalia, ab eo proculdubio cuius interest ad unum illum finem omnes dirigere, ut est Christi Vicarius. Primum autem ex natura suae potestatis consequitur.

\* n. 623  
640 Ex his autem sequitur quod utrumque vere potest determinari de Papa : et quod habet supremam potestatem in temporalibus et quod non habet supremam potestatem in temporalibus: quoniam utrumque verum est ad sanum intellectum. **Affirmatio namque est vera in ordine ad spiritualia; negatio vero est vera directe seu secundum seipsa temporalia:** unde nihil ex utraque decisione erroris accidit.

641 Adverte tamen quod, quia aliud est determinare de fide **formaliter** et aliud de eo quod est fidei **materialiter**. Nam primum importat determinare quid credendum vel non

credendum est: secundum autem determinare de quaestionibus, quae in rebus creditis accidunt, et constat quod cum determinatur quaestio aliqua secundo modo, non determinari dicitur de fide, sed de tali vel tali materia: ideo cum dicitur quod Papa non potest errare in iudicio fidei, non accipio dictum esse nisi de iudicio fidei formaliter, quando scilicet determinatur quid credendum vel non credendum. Contra quod nulla harum obiectionum procedat, nisi prima apparenter ne tamen fugere videar, sigillatim solutae sunt omnes.

1642 Ad nonum \* dicitur quod non verisimile, sed verum et  
1624 humanae divinaeque rationi et auctoritati consentaneum est, ut homini potenti errare secundum seipsum, non autem ut directo a Spiritu Sancto, Deus ultimam fidei decisionem sub sacra Scriptura commiserit. Cum enim non sit differentia apud Deum in uno et in multis salvare, et omnes in Concilio praesentes, secundum se et proprias vires considerati, possint errare, male determinando de fide ob ignorantiam vel aliquem alium defectum, ac per hoc ad assistendam Spiritus Sancti recurratur, magis attestatur assistentiae Spiritus Sancti et eius virtuti salus fidei per unum quam per totum Concilium: hoc enim humanae sapientiae opus esse videtur propter omnium Patrum concursum, illud autem solius Dei opus est et apparet. Unitas quoque fidei unitatem quoque iudicis qui praest \* toti Ecclesiae exposcit: ut in lia Hae, q. 1, art. ult. | Divus Thomas affert.

1 Scii. art. 10; cf. supra η. 132, 134, 178 etc.

- 643 Dixi in eodem cap. \* rationem quare Papa non potest  
• cap. iX  
errare in iudicio fidei, quia hic error esset error universalis  
η. 132  
Ecclesiae, quia tenetur sequi definitionem Papae in fide, af-  
ferens ad haec auctoritatem Sancti Thomae, et post Decretalis in  
cap. *Maiores* <sup>1</sup>, et Iesu Christi: « Ego rogavi pro te, Petre<sup>2</sup>.»
- 644 Obicitur negando quod Ecclesia de necessitate tene-  
tur credere sententiae definitivae Papae in materia fidei; et  
dicendo quod sicut Papae praecipienti contra Evangelium  
non est obediendum, ita nec sententiae erroneae in fide. De  
auctoritate S. Thomae, non est cura.
- 645 Ad capitulum *Maiores*, dicitur dupliciter: primo, quod  
non pro ultima et necessario credenda determinatione habenda,  
sed regulariter ad Papam est recurrendum, quia regulariter  
non est Ecclesia congregata. Secundo, et in idem redit, quod  
referendae sunt Summo Pontifici causae fidei ut convocet  
Concilium, quia ad ipsum spectat congregare illud.
- 646 Ad verbum Domini: « Ego rogavi pro te, Petre<sup>2</sup>»  
dicitur quod non pro sola persona Petri aut successoribus ora-  
vit Christus, ne deficeret fides eius, sed pro universali Eccle-  
sia per Petrum repraesentata.
- 647 Respondeo : negationem illam consuetudo Ecclesiae auc-  
toritatesque Sanctorum confutant, et ignis experientia  
comprobaret, si quis non teneret quod a sola  
Romana ecclesia determinaretur haereticum es-  
se, ut patet Extravag., *de haereticis, Ad abolendam* in textu et

<sup>1</sup> c. 3, X, *de baptismo et eius effectu*, III, 42

» Luc. XXII, 32.

Glossa Et haec responsio manifestat ad quid fateantur ipsimet se declinare oportere, defendendo sublectionem Papae reliquo corpori Ecclesiae vel Concilii.

648 Quod autem additur: quod sententiae erroneae sicut nec praecepto diabolico adhaerendum esset, verissimum est, sed nihil obstat. Quoniam ex his nihil aliud quam conditionalis veritas habetur, scii, si determinaret erronee, si praeciperet contra Evangelium, non audiretur. Hoc enim non solum de Papa, sed de angelis sanctis verissimum est, iuxta illud: « Si angelus de caelo evangelizet aliud, etc. anathema sit †. » Ex his enim non sequitur quod antecedens aut consequens possit esse verum, ut patet.

649 Quod auctoritas Sancti Thomae parvifiat † nonnihil est; quoniam Ecclesia non parvifacit. Sed esto quod Sanctus Thomas parvifiat, Cyrillus et Maximus ibidem allegati etiam parvifient 3. Hieronymus quoque dicens ad Damasum 4, ut habetur XXIV', qu. 1, cap. *Haec esi fides* 5: « Si haec nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpae voluerit, se imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, non me haereticum comprobabit », manifesteque in his verbis contestans quod ex approbata fidei confessione a Papa aliquis obstans non catholicus fit, parvipendendus erit.

50 Ad expositionem vero dictam de cap. *Maiores* † dicitur quod litterae contradicit. Nam textus causam quare ad Petri Sedem sit recurrendum, assignat veritatem Petri in confitendo

. ed. V: XIV.

' c. 9. X. *de haereticis*, V, 7; BERN. DE BOT., *Glossa*, in hunc locum. II, 1672

2 Gal. I. 8.

3 Ut supra η. 132.

4 Rectius PFLAGIUS Innocentio I P. Apud S. AUGUSTINI Opera, t. 10; PL

45, 1718.

5 c. 14, C. XXIV, q. I.

fidem et indefectibilitatem eius in eadem propterea orationem Christi. Ex hac enim causa manifeste sequitur quod ideo ad Papam referendas esse maiores causas dicitur, quia ipse constitutus est indefectibilis iudex in fide. Et quia eum qui certus est, amplius certificari non oportet, sequitur quod sententia Papae in fide est finalis determinatio et necessario credenda secundum illam Decretalem, et sic utraque expositio ruit.

651  
\* η. 646

Quod autem de oratione Christi pro Petro dicitur,\* potest bene et male intelligi. Male quidem, si intelligatur quod Christus pro Ecclesia sive cum Papa sive sine Papa orasse se dixerit, cum expresse Christus dixit haec verba Petro ut distincto ab aliis, ut patet ex contextu. Inquit enim Luc. XXII, [32]: « Simon, ecce Satan expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. » Ubi manifeste patet, quod distinguit tentationis actum ab oratione quoad hoc quod communiter expetiti erant, et tamen ipse singulariter pro Petro rogaverat, dicens: Expetivit vos, ego autem pro te rogavi. Apparet quoque idem ex eo quod Petro commisit ut confirmaret alios, tamquam diceret: Ego tui, tu autem aliorum curam habeas.

652

Bene autem, si intelligatur Dominum orasse pro Petro et aliis, diversimode tamen. Pro Petro quidem immediate, pro aliis autem mediante Petro; pro Petro in seipso Petro, pro aliis autem in Petro ipsorum capite. Et in hoc sensu magis confirmatur intentum nostrum, ut patet. Et ut unico verbo dicam, si haec auctoritas de Petro et successoribus verificatur, ut dictum cap. *Maiores* affert, satis habetur intentum quod Petri Sedes non potest errare in fide propter Christi orationem. Et cum hoc non sit verum de errore personali, sequitur quod verificatur de errore iudiciali. &

[§ 4]

1653 Dixi in eodem IX cap. \* exponendo illud Hieronymi :  
119 «Si auctoritas quaeritur, orbis maior est Urbe», quod ve-  
rum est quoad multa : puta merita, virtutem, scientiam, et in  
proposito vigorem consuetudinis, etc.

654 Obicitur : Tu glossas de maiori meritorum, et Hie- *Abn. VH.*  
ronymus non dicit: si merita quaerantur, sed: «Si auctoritas *''2 A*  
quaeritur », et sic de maiori potestatis, non meritorum lo-  
quitur.

655 Respondeo : satis diminute glossa mea adducitur, nam, ut  
iW. patet in libello \* ego dixi quod dictum Hieronymi verum erat  
quoad multa : puta meritum, scientiam, etc. et quod in pro-  
posito et ad litteram Hieronymus loquitur de vigore consue-  
tudinis ; et obiectio in solis meritis se ponit. Propter quod  
etiam addo quod **merita ad auctoritatem consuetu-  
dinis plurimum valent**: quoniam consuetudo non virorum  
malorum, sed virorum sanctorum, maximae est in Ecclesia Dei  
auctoritatis, et proponitur imitanda.

656 Et propterea, stando etiam in meritis, Hieronymi textus  
optime intelligitur : ut « quia orbis maior est Urbe » in auc-  
toritate consuetudinis **propter maiora merita orbis quam  
Urbis**, ideo consuetudo orbis, qua diaconi subesse, non praees-  
se consueverunt, imitanda est. Et sic dicendo, si auctoritas  
quaereretur ratione materiae de qua erat sermo, scii, de loco  
diaconorum, maiori meritorum, non potestatis, in causam  
auctoritatis afferebat. Facile tamen contententibus in verbis

dici potest, quod **orbis auctoritas** maior est extensive, non **intensive** auctoritate Urbis, et similiter potestas.

[§ 5]

657 Dixi in eodem cap. IX : multas auctoritates ex lib. De-  
\* η. 149, cretorum quod Papa non habet superiorem in terris.  
150

658 Obicitur duabus glossis: prima est, quod intelligitur hoc Xki  
in criminibus non scandalosis Ecclesiae. 99i

659 Secunda est, quod intelligitur hoc regulariter, quia regu-  
lariter ad superiorem Summi Pontificis, Concilium scilicet, re-  
cursus haberi non potest.

660 Respondeo quod prima glossa est voluntaria et falsa.  
Voluntaria quidem, quia Ecclesiae canonum, aut Sanctorum  
auctoritate non roboratur ; falsa autem, quia fit exceptio de  
solo crimine fidei : constat enim quod ab universali cum una  
exceptione facta non nisi falso alia exceptio fit. Cum ergo  
**solum infidelitatis crimen exceptum ab univer-**  
**sali sit, restat ut alia crimina omnia inclusa sint.**

661 Secunda autem glossa \* manifeste falsa convincitur ex  
• n. 659 eo quod etiam de crimine haeresis Papa diceretur non habe-  
re superiorem, quoniam regulariter Concilium non est congre-  
gatum.

662 Tertia autem glossa, quod auctoritates istae sunt Summo- Xk Wf  
rum Pontificum qui ut in pluribus « fimbrias suas nimis ex- 99Γ'  
tendentes | », sibimet tribuerunt quod Ecclesiae est proprium;  
quia non procedit de theologiae aut sacrorum canonum etc.

auctoritate, quam bene sonet, advertat qui notat in quanta  
veneratione Decretales Summorum Pontificum in Ecclesia sunt.  
Et tanto plus quanto multorum sanctorum Pontificum auctori-  
tates refutandae sic essent, ut patet de Bonifacio [1], Anterio,  
149 Eusebio, et aliorum sanctorum in libello allatorum \* Taceo  
150 de tot doctoribus in theologia et in iure illustribus ibi allatis '.

1 Cf. Matth. XXI, 5 ; iuxta ÀLM. loc. cit., c. VIII, coi, 998 A.



[Caput XII]

663 Dixi in cap. Xi : quod Ecclesiae Dei, secluso Papa, I  
' n. /65-7 non est data potestas papalis, aut superior papali in evange- |  
lio Matth. XVIII, [18] et quod in Ecclesia huiusmodi non |  
est talis potestas.

664 Obicitur quod Dominus ibidem dixit : « Si ecclesiam a  
non audierit etc. » : per hoc enim Ecclesiae iurisdictionem 5/  
ostendit in effectu, scilicet in poena excommunicationis, et sub-  
didit in plurali numero : « Quaecumque solveritis etc. » : per  
hoc enim ostendit quod pluribus in Ecclesiae nomine conten-  
tis dabat illam potestatem.

665 Affertur etiam ad hoc usus primitivae Ecclesiae, quan-  
do Act. XV, [28] definitum est ab Ecclesia : « Visum est  
Spiritu Sancto et nobis, nihil amplius oneris vobis impone-  
re etc. »

666 Affertur tertio auctoritas Gregorii [1] quae ponitur in ca-  
pitulo \* *Sicut sancti* \ ubi Gregorius fatetur se quattuor Con-  
cilia illa, scilicet Nicoenum, Constantinopolitanum, Ephesinum  
et Chalcedonense tenere sicut Evangelium, et subdit causam :  
quia « dum universali sunt constituta consensu, se et non illa  
destruit quisquis praesumit absolvere quos ligant, aut ligare  
quos absolvunt. » Ecce quod non dicit : quod Summi Pontifi-  
cis, sed : universali consensu, nec : quos Pontifex ligat, sed :  
quos illa ligant.

a cd. V. : capituli.

> c. 2. D. XV.

Quarto : ad hoc est capitulum *Decreuit*, LXXXVHI<sup>1</sup> Dist. V<sup>2</sup> ubi dicitur, « Decrevit sancta Synodus... » et non dicit : Decrevit Summus Pontifex.

§ Quinto : capitulum *Nimis, de iureiurando*<sup>3</sup>, ubi b auctoritate sacri Concilii, non propria, Summus Pontifex praecipit.

669 Sexto : Ecclesia potest elargiri indulgentias, ergo habet claves iurisdictionis. Probatur antecedens : quia dantur indulgentiae de thesauro Ecclesiae et non Papae : ergo a fortiori Ecclesia potest dispensare.

670 Septimo, Ecclesia potest condere canones latae sententiae, depositionis, excommunicationis : ergo. Antecedens patet de concilio Carthaginensi in cap. *Placuit*, VIII, qu. I (sic)<sup>3</sup> et habetur Extravag., *de clericis non residentibus*, in cap.

671 Respondeo : et ut his et similibus respondendi via datur, quattuor puncta prae oculis semper habenda in hac materia et in huiusmodi auctoritatibus assigno.

672 Primum est aliud est Ecclesiam seu Synodum habere potestatem plenariam ratione partis, puta capitis, sicut homo videt, audit, etc. et aliud est Ecclesiam seu Synodum habere eandem ratione suae totalitatis. Et propterea cavendum est ne a primo in secundum oratio declinet. Secundum est: aliud est Ecclesiam seu Synodum habere potestatem plenariam, et aliud est eam habere immediate a Domino Iesu Christo. Et propterea cavendum est ne

<sup>1</sup> cd. V : LXXX

<sup>2</sup> orn. ed. V.

<sup>3</sup> c. I. D. LXXXVIII.

<sup>4</sup> c. 30, X, *de iureiurando*, II. 24,

<sup>5</sup> Legendum puto : c. 9, c. XI.  $\Phi$  3 (ex Cone. Carthaginensi, an. 419. can. 29).

<sup>6</sup> c. 2, X. *de clericis non resid.* HI. 4.

a primo in secundum oratio declinet. Tertium est: aliud est Ecclesiam, seu Synodum **habere plenariam potestatem** et aliud est eandem **habere potestatem talem**, sive coactivam, **respectu talis**, sive vicarii principis sui: potentia enim activa cum dicatur non absolute, sed **respectu passivae**, ut patet V et IX Metaphysicae<sup>1</sup>, plenaria potestas plenissime est, quando **respectu sublectorum** omnia potest: cavendum est propterea ne a primo in secundum oratio declinet. Quartum est, aliud est Ecclesiam seu Synodum habere potestatem plenariam, et aliud est Ecclesiam, seu Synodum **acephalam** seu **truncam** habere eandem. Et propterea cavendum est ne a primo in secundum oratio declinet.

673 Ex his siquidem quattuor sapienter dispensatis, universa quaestionis istius argumenta facile elucescent, sic ut nullum forte obscurum relinquatur. Ad singula tamen descendendo respondetur.

674 Et ad verba Domini, Matth. XVIII, [18] \* dicitur, ut iam  
n. 664 probatum est :, quod Dominus non dat ibi Ecclesiae aucto-  
n.489iq. rjtatem, sed **significat eam habituram potestatem**, non explicando ibi quomodo habitura sit et an secundum se totam primo, an ratione partis: hoc enim non negamus, sed docemus.

675 Verba quoque illa in numero plurali non cogunt ad auctoritatem Ecclesiae ratione suae totalitatis, immo absque determinatione ad hunc vel illum modum potestatis Ecclesiae, seu ratione totius vel partis, oportere intelligi, ex hoc convincitur  
\*n491 sq. quod utroque modo verificari possunt, ut patet ex dictis \* constat enim evidenter quod commune duobus abstrahit ab utroque. Potest igitur ille numerus pluralis referri ad pluralitatem

<sup>1</sup> ARISTOTELES. *Metaphy.*, l. V, c. 12; Bekker. 1019 a 15: *ibid.* l. IX, c. 1. Bekker, 1046 a 11-15. "

ecclesiarum futuram et ad pluralitatem convenientium in Ecclesia, ad conferendum, discutiendum, probandum etc., et ad pluralitatem accumulantium suas auctoritates in communi : propter quod ex illa littera nihil habetur obstans dictis.

676 Ad secundum ex primitiva Ecclesia \* dicitur quod gra-  
» 665 tis conceditur Ecclesiam statuisset, sed an potestate partium, puta trium Apostolorum', an communitatis per accumulationem in communi“, an aliquo alio modo, puta a Christo immediate, ut isti falso putant, nihil ibi exprimitur. Et propterea ex ista auctoritate et ceteris subiunctis et similibus, nec habetur ista affirmativa, scii.: Ecclesia seu Synodus habet immediate a Christo potestatem, nec habetur ista **negativa**: Synodus non habet potestatem a Domino mediante Papa.

677 Et de affirmativa quidem ex eo constat : quia, cum multipliciter possit verificari ly Synodum habere potestatem, ut patet ex dictis, et ex his nihil aliud habeatur nisi quod Synodus habet potestatem, oportet hoc sic communiter intelligi ut a singulis huiusmodi sensibus determinate abstrahat. De **negativa** autem ex eadem radice constat, quia scii. Synodum habere potestatem, non oportet quod intelligatur determinate ad illum modum quo excludatur habere potestatem a Domino mediante Papa, ut contingit quando per accumulationem Ecclesia habet potestatem, quia omnes partiales potestates sunt a Petro 3, et communicatio potestatis suae cum aliis ab eodem est, qui solus a Domino, utpote eius vicarius immediate potestatem habet, et **ratione eius solius Synodus integra potest vere dici, quod habet immediate potestatem a Christo Domino.**

1 Scii. Petri, Iacobi et Ioannis, ut habetur supra n. 170.

2 Cf, n. 503, cum nota.

3 Cf. n. 137.

678 Ad auctoritatem Gregorii [1] dicitur quod causa reddita a  
n. 666 Gregorio manifeste favet intento nostro: quoniam non reddit  
pro causa auctoritatem immediate datam a Christo, sed univer-  
salem consensum, ac per hoc etiam Summi ipsius  
**Pontificis**, qui caput est, et propterea seipsum negaret Papa  
illa negans, ut ibi dicitur. Ex hac quoque Gregorii ratione  
habetur quod diximus, quod auctoritas Synodi includit caput:  
alioquin non faceret universali consensu quae facit. Et innuitur  
\* n. 203 quod potestatem habet a suis partibus :, ad quarum negationem  
deducitur negans illam. Et rursus ex hac auctoritate nihil  
aliud habetur, nisi quod Synodus habet potestatem definien-  
di, etc.

679 Et per hoc patet responsio ad quartum  
\* n. 667

680 Ad quintum vero \* dicitur quod, cum Synodus integra  
\* n. 668 habeat potestatem universalem quocumque id modo contingat,  
et auctoritas, quae est ipsius Papae absolute, et ut propria  
sit ipsius Synodi pro tunc et ut communicata, quemadmodum  
quilibet alius posset vere dicere auctoritate sacri Concilii, sta-  
tuto etc., ita ipse Papa, cum non sit deterioris conditionis aliis.  
Neque enim per hoc, quod affirmat se Synodi auctoritate fa-  
cere, negat sua se auctoritate facere ; immo potius affirmat hoc,  
quia auctoritas Synodi de necessitate claudit in se auctoritatem  
capitis. Neque rursus per hoc quod affirmat Synodi auctoritate  
se facere, affirmat se aliena auctoritate facere. Licet enim  
Synodus sit aliud a Papa, sicut ecclesia alicuius episcopi dif-  
fert ab episcopo, non tamen oportet quod potestas ecclesiae  
sit aliud a potestate episcopi, sed una et eadem potest esse  
utriusque diversimode, episcopi ut propria, ecclesiae ut com-  
municata. Et per hoc etiam patet, quod per hoc quod affirmat  
se sacri Concilii auctoritate facere, non propterea affirmat se  
minorem in auctoritate.

- 681 Et quamvis haec satisfaciant, verumtamen condescendendo multorum sensui, scito quod dupliciter Papa potest dici minor Synodo secundum potestatem, scii, **extensive** et **quasi intensive secundum quid**. Extensive quidem, quia Synodus integratur ex tot potestatibus tantae multitudinis ; intensive vero secundum quid, hoc est secundum illam partem potestatis, quam communicat Papa Concilio, quasi pro portione sua. Papa enim praesens Synodo non intelligitur, ut praedictum est, totam suam potestatem totaliter Synodo communicare, sed tantum suae potestatis quantum ad decernendum etc... oportet, et sic ex eo **potestatis Papae et reliquis potestatum aliorum fit una potestas quasi intensive major quam id potestatis papalis solum esset**. Et haec major potestas intelligitur esse in tota Synodo tamquam in subiecto.
- 682 Dixi autem **quasi intensive**, quia potestas illa papalis, eo quod communicatur ut limitata, sic ut cum aliis potestatibus possit velut quaedam singularis potestas accumulari, intelligitur et superari a tota, pro quanto tota potest universale statutum condere, definire etc., quod illa ut sic non potest per seipsam solam. Sed quoniam tota potestas Synodi non plus potest quam ex singulis huiusmodi potestatibus habeat ideo non simpliciter, sed **quasi intensive majorem appellavi**.
- 683 Et ne putes me hanc portionem papalem fingere, contemplare potestatem legatorum Papae in Synodo, quando per legatum Papa Synodum celebrat, et videbis clare quod, quia Papa tunc non erigit legatum illum in Papam, sed potestatem committit quantum oportet *pro Synodo* haberi, ex sola praesentia Papae in Synodo non habetur quod plus suae potestatis Synodo impartiatum quam oporteat, quamvis **major dignitas et infallibilis assistentia Spiritus Sancti in Syno-**

do quoad ea quae sunt fidei, **praesentiam Papae per seipsum consequatur.**

684 Unde quamvis non cogamur, possumus tamen dicere quod Papa tamquam **minor extensive et secundum quid intensive** Synodo, auctoritate sacri Concilii dicitur facere quod tamen de plenitudine suae potestatis posset et facere et tollere, et quoniam verba praedicta, scii, facere auctoritate Synodi vel Concilii, in Papa habent speciem minorationis, ideo a sacris canonibus non sunt extensa, sed more similium locutionum sunt piae interpretationi relicta, et quasi correcta dum Papa in Concilio dicit : « Statuimus sacro approbante Concilio » : approbare enim commune est potestati, sapientiae, consensui, nec superioritatem nec aequalitatem potestatis in approbantibus exigit, ut patet.

685 Ad sextum dicitur quod, licet Ecclesia integra possit dare indulgentias etc., et eius sit thesaurus meritorum, unde n. 669 fiunt indulgentiae, ut propter cuius utilitatem est, non tamen eius sunt ut dominae: quoniam ipsa est serva Domini Iesu, et quidquid acquirit servus, acquirit domino suo; et ipsi dictum est : « Cum feceritis quaecumque mandavero vobis, dicite: . Quod debuimus fecimus, servi inutiles sumus! . » Unde non magis ad Ecclesiam, sed ad Vicarium Domini spectat dispensatio thesauri in utilitatem Ecclesiae pro qua est.

686 Ad ultimum iam patet quod gratis concedimus Synodum quae vere Synodus est, scii, **integram, potestatem habere deponendi, ex communicandi, etc.** De hoc enim non est quaestio, sed de modo habendi, ut patet ex dictis \* Et haec sufficiant ad similia.

\* Luc. XVII, 10.

[§ 2]

( 687  
k US Dixi eodem XI cap. \* quod ex hoc quod Apostoli miserunt  
Petrum et Ioannem ad Samaritanos, non potest inferri eos sub-  
ditos esse Apostolis, quia ex missum esse non sequitur subdi-  
tum esse, ut patet de Spiritu Sancto.

68g Obicitur : ista consequentia est optima : Spiritus Sanctus  
mittitur a Filio, ergo est ab eo, vel eo inferior ; et sic oportet  
fateri, quod Petrus est ab Ecclesia, ex quo non est inferior.

*Aim. Vlh*  
992 C

689 Respondeo, quod consequentia illa, quae vocatur opti-  
ma, non est vere optima, cum non sit bona nisi gratia mate-  
riae, quoniam Spiritus Sanctus mittitur a seipso, ut patet in  
I Sent., dist. 16 \ et tamen non est a seipsum nec inferior  
seipso. Et similiter Filius mittitur a seipso, immo etiam Filius  
mittitur a Spiritu Sancto, qui est a Filio, ut patet in eodem  
libro, dist. 15. Et quia consequentia non est bona de forma,  
ideo non infert : ergo Petrus est inferior Ecclesia, vel est ab  
Ecclesia.

[§ 3]

690  
. 172 Dixi in eodem cap. XI \* quod ex XXXVI, qu. 2, cap. *Pia-*  
*cuit*, iuncto cap. *Tria* ‘, habetur quod Hieronymi auctoritas in-  
nixa sacrae Scripturae praevaluit Concilio.

‘ PETRUS LOWEARDUS, *Liber Sententiarum*, I, d. 16, in init.

2 c. 8-11, C. XXXVI q. 2, ubi primo HIERONYMUS, ex auctoritate . Scripturae, docet raptam raptori nubere posse, patre eius annuente, dum Concilium Meldense (845) contrarium asserere videtur. GRATIANUS, *Commentum* super c. II, casum solvit dicendo : « Haec auctoritas (Concilii scii.) non praeiudicat auctoritati Ieronimi, maxime cum illa testimonio divinae legis nitatur. Legitime igitur post peractam poenitentiam raptor poterit sibi copulare quam rapuit, nisi pater puellae illam raptori detrahere voluerit. »



691 Obicitur quod Hieronymus, et dictum Concilii intelliguntur pro diversis temporibus ; et quod verba Gratiani ibidem inter paleas computanda sunt.

Ah. K i  
100] r'  
. IW4;l

692 Respondeo quod, licet certum sit quod Hieronymus absolute, et non secundum hoc vel illud Concilium futurum, loquatur, et quod Concilium generale posset prohibere quod non est absolute prohibitum, verba tamen Concilii, non tamquam constituenta, sed declarantia ius sumpta, Hieronymi auctoritati non praeiudicant, et hoc intendit Gratianus, et non quod non posset statuere. Verumtamen quidquid de hoc sit, satis habeo intentum meum ibidem, dum ex illo loco habetur sive auctoritate Gratiani, sive quacumque alia, quod Hieronymi auctoritas praevaluit Concilio: et ita hodie iuxta Hieronymi, non iuxta Concilii auctoritatem servat Ecclesia.

693 Quod autem computentur verba Gratiani inter paleas ab arguentibus nihil obstat, quia oportet quod ab aliis, et non ab ipsis solis, inter paleas computentur.

[§ 4]

694 Dixi in eodem capitulo XI ex auctoritate Decretalis de electione, in cap. Significasti \ quod Concilia a Papa auctoritatem habent.

695 Obicitur dicendo : quod illud est intelligendum de Concilio quantum ad suum congregari, quia regulariter auctoritate Romani Pontificis congregantur, sed ex quo congregatum est, sive auctoritate Romani Pontificis, sive alias, habet immediate auctoritatem a Christo.

Aim. m  
998 A

c. 4, X, de electione et electi potestate, l, 6.

696 Respondeo, quod expositio ista repugnat textui. Nam ibi duo dicuntur habere Concilia a Romanae ecclesiae auctoritate : quod lacta sunt, et quod robur acceperunt; et primum, ut patet, refertur ad ipsum congregari, secundum autem, nisi superfluat, ad auctoritatem congregati. Et convincitur hanc esse absque omni ambiguitate intentionem litterae illius, quia reddit rationem quare Conciliorum legibus Apostolica Sedes non subest. Si enim dependerent Concilia tantum in congregari a Papa, ex quo leges faciunt postquam congregata sunt, nihil valeret ratio assignata ad intentum inferendum. Patet namque manifeste quod ex hoc quod \* Concilia regulariter non congregantur nisi per Papam, non sequitur : ergo non praefigunt legem Papae ; quia stat quod congregata praefixerunt legem, si congregata non pendent ab ipso.

[§ 5]

697 Dixi in eodem XI cap. \* quod Concilium universale legitime congregatum errare potest definiendo, Papa absente, aut non consentiente, et quasi dixi quod potest errare eodem modo in his quae sunt fidei.

698 Obicitur, quia ad Concilium generale spectat determinatio eorum quae sunt fidei, et ipsi promittitur quod \* docebit vos Spiritus Sanctus omnem veritatem » In cuius signum Act. XV, [28] ponitur Spiritus Sanctus praesidens Concilio Apostolorum, cum dicitur : « Visum est Spiritui Sancto et nobis », et non dixerunt : Visum est Petro et nobis.

Alm. X,  
1003 B C

« Om. cd. V.

1 Ioan. XVI, 13.

699 Hoc satis innuere videtur Augustinus : « Evangelio non  
crederem nisi me auctoritas Ecclesiae admoneret \ »

700 Et in sexta 4 Synodo, ut patet Dist. XVI, cap. *Placuit*  
dicitur : « Placuit huic sanctae Synodo, ut a modo confirmata  
et rata sint canonum Apost. LXXXV l' capitula 2. »

701 Hoc quoque deduci potest exilio: « Ecce ego vobiscum  
sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi ' »: hoc  
enim successoribus Apostolorum dicitur. Concilium enim gene-  
rale repraesentat Concilium Apostolorum et seniorum.

702 Hoc idem patet ex eo quod quilibet fatetur se credere  
in unam sanctam Ecclesiam catholicam : ex hoc enim sequitur  
quod ad eam ultima decisio eorum quae sunt fidei spectat.  
Cum enim Papa fatetur se credere in unam sanctam Ecclesiam,  
non dicit se credere in semetipsum.

703 Praeterea, Ecclesia universalis non potest errare in fide:  
et Concilium gaudet eodem privilegio quo Ecclesia repraesentata,  
sicut eadem potestate. Immo, cum Ecclesia ut dispersa  
nullum actum iurisdictionis exercere possit, nec aliquid senten-  
tialiter definire, infallibilitas in definiendo ei competere debet,  
ut congregatae in Concilio.

704 Et si dicatur quod Papa repraesentat Ecclesiam sicut  
Concilium, diceretur quod Papa repraesentat Ecclesiam remote,  
Concilium autem propinquissime : quia in eo est aliquis de  
qualibet Ecclesia saltem sufficienter vocatus, et privilegium Ec-  
clesiae transit in Concilium immediate eam repraesentans, non  
autem in Summum Pontificem.

« cd. V.: tertia.  
b ed. V.: LXXX111.

† S. AUGUSTINUS, *Contra epistolam Manichaei*, V 6 PL 42 176  
» c. 4, D. XVI.  
3 Matth. XXV111, 20.

Respondeo : haec obiecta dupliciter deficiunt, et primus  
defectus communis est omnibus, secundus autem quibusdam  
obiectionibus.

Defectus omnium obiectionum est, quia a Concilio decli-  
nat ad Concilium, secluso Papa. Et eius proprio privilegio  
Concilium quippe generale sine Papae consensu non definit  
constat quod non universali consensu definitio illa facta est,  
cum Papa supremum in Ecclesia Dei teneat locum, officium  
et regimen etiam universale. Quod autem universali consensu  
definitum non est, proculdubio a Concilio, ut Ecclesiam uni-  
versalem repraesentat, definitum non est. Dico igitur quod  
propositio dicens: quod **Concilium generale non potest  
errare in iudicio fidei est vera si liciter et ab-  
solute de Concilio iudicante in fide cum Papa,**  
et non est vera de acephalo. Et haec responsio sufficit  
ad omnia obiecta quantum ad intentam conclusionem : sed quan-  
tum ad vim ipsarum obiectionum, in speciali dicitur.

707 Et ad primam quidem, quod ad Concilium generale  
spectet ultima decisio fidei dicitur quod hoc verificatur de  
† 1698 Concilio **ratione capitis**, sicut de homine quod videt ra-  
tione oculi. Et quod hoc sit verum, patet de Concilio Ari-  
minensi et Ephesino II, quorum primum erravit in fide cum  
Ario, secundum autem etiam erravit in fide cum Eutychemel.

708 Et quod amplius est notandum, istud secundum fuit etiam  
auctoritate apostolica congregatum, et in **neutro consen-  
si erroneae definitioni Romanus Pontifex**. Et de  
Ephesino quidem II clare patet ex multis epistulis Leonis [1] et  
gestis Chalcedonensis Synodi 2. De Ariminensi vero patet ex

1 CL DTC, art. *Arianisme*, t. I, P. 11, coi. 1827-8 ; ib., art. *Eutyches*, t. V,  
P. II, coi. 1587.  
2 Cf. loc. ult. cil. » coi. 1588.

- Rufino in *Ecclesiastica historia*, et in *Historia tripartita*, lib. V, cap. 39<sup>1</sup>. Ex electu igitur manifestum est quod verbum Domini:
- \* *ibid.* « Spiritus Sanctus docebit vos omnem veritatem », non dictum est **Concilio dissentienti a Papa**, quamvis legitime congregato. Haec recte examinent omnes, qui hac de re decernunt, ut caveant, et a sensatis non recedat iudicium.
- 709 **Ad secundum** \* dicitur quod, etiam si Concilium illud  
\* *ibid.* Apostolorum etc. fuisset Concilium generale, nihil aliud haberetur, nisi Concilio integro cum Petro praesente et primo, Spiritus Sanctus praesideret: quod gratis conceditur. Sed quare ibi in communi definitum sit, et quod non fuerit generale
- ◆ n. 170 Concilium illud, in libello illo diximus \*
- 710 **Ad tertium** \* patet etiam quod Augustinus dixit: «Nisi  
n' auctoritas me admoneret Ecclesiae»: et non dixit: Ecclesiae acephalae.
- 711 **Ad quartum** fateor me non videre quid probet,  
n. 700 njs. contra afferentes, quia canones Apostolorum, quamvis a Synodo confirmati, evanuerunt 2: hoc enim facit ad celsitudinem potestatis Synodi quam illi intendunt.
- 712 **Ad quintum** \* dicitur quod ad litteram loquitur de  
◆ n. 701 **Ecclesia universali** quae numquam deficiet, haec enim est quae succedit **Apostolis** et aliis quibus Dominus loquebatur. Ab **Ecclesia** autem vel etiam **Concilio** eam representante ad Concilium acephalum, non valet argumentum.
- 713 **Ad sextum** \* dicitur quod antecedens assumptum ex articulo  
• n. 702 fidei de una sancta Ecclesia potest dupliciter legi, scii.

<sup>1</sup> RUFINUS, *Historia ecclesiastica*. lib. I (ecu X), c. 21. 22; PL. 21, 494-5. CASSIODORUS. *Historia tripartita*, lib. V, c. 39; PL, 69, 1018

<sup>2</sup> Cf. DTC. art. *Canons des Apôtres*, t. H, p. 2, col. 1610.

cum **praepositione «in»** dicendo: Credo in unam sanctam Ecclesiam, et sine illa propositione, quod melius indicat Divus Thomas, dicendo: Credo in unam sanctam Ecclesiam catholicam

.μ Et si quidem dicatur: Credo in unam etc., sumitur Ecclesia pro Ecclesia integra, corpore scilicet et capite, quod est Christus Dominus, ratione cuius in Ecclesiam dicimur credere — et tunc optime valet consequentia: ergo ad hujusmodi Ecclesiam pertinet ultima decisio fidei, et quod Papa non dicitur credere in semetipsum. Sumi quoque potest pro Ecclesia in terris, ut iungitur Spiritui Sancto, ratione cuius dicimur credere in Ecclesiam, ut D. Thomae placet<sup>1</sup>. Et sic etiam patet, quod optime valet consequentia, quod ad Ecclesiam catholicam iunctam Spiritui Sancto ut sic spectat ultima decisio fidei et quod Papa non dicitur propterea credere in seipsum, sed in Spiritum Sanctum, ut est Ecclesiae rector, sed non valet ulterior consequentia: ergo Ecclesiae acephalae.

715 Si autem legatur **sine praepositione**, tunc dicitur ut supra, quod creditur una sancta catholica Ecclesia, sed non valet: ergo Ecclesia acephala. Et conceditur quod ad unam sanctam ecclesiam catholicam spectat ultima decisio fidei, sicut et potestas iurisdictionis, quae convenit ei ratione partis. Nec Papa credendo Ecclesiam dicitur credere seipsum, sed dicitur **credere officium** suum et aliorum; in cuius signum a fide deviaret, si non crederet officium suum.

l 716 Ad **septimum** dicitur primo, quod Concilium etiam  
l'«.703 integrum non admitto gaudere de necessitate privilegio perso-

<sup>1</sup> S. THOMAS. *Expolitio super Symbolum Apost.*, «d hunc articul., ed. Mandonnet, IV, 378.

<sup>2</sup> Eod. loc.

nali Ecclesiae, quale est esse semper in Ecclesia fidem formatam, quoniam de Ecclesia hoc constat, de Concilio autem nulli inveniisse me fateor authentica | auctoritate firmatum, quamvis rationabile sit de facto ita esse, quod scii, in aliqua **persona Concilii sit fides formata.**

717 Dicitur secundo, quod non posse errare in fide iudicialiter est privilegium Ecclesiae ratione capitis ad quod spectat iudicium. Et ideo non est privilegium Ecclesiae acephalae nec Ecclesiae, id est collectionis fidelium, ad quam non spectat potestas iurisdictionis, quam tamen Ecclesiam pro collectione fidelium omnium tamen Concilium repraesentat, et cui promisit Dominus quod secum esset.

718 Et ex hoc patet quantum deficit argumentum illud, nam procedit ac si Ecclesiae ratione communitatis conveniat privilegium illud, non posse errare iudicialiter, cum constet quod **sicut iurisdictio convenit ecclesiae ratione capitis, ita actus iurisdictionis.** Et quia actus iste, scii, iudicialiter definire de fide, concernit universalem Ecclesiam, ideo **convenit Ecclesiae ratione capitis,** cui commissa est cura universalis Ecclesiae; sicut alii actus ratione aliorum capitum proportionaliter.

719 Dicitur ergo tertio formaliter quod Concilium integrum gaudet **eodem privilegio officii, non personae** quo gaudet Ecclesia et eodem modo, seu **ratione partis,** puta **capitis:** et similiter gaudet eadem potestate, et eodem modo, sed ex hoc magis habetur intentum et concedo gratis, quod infallibilitas in definiendo de fide convenit Concilio integro **ratione capitis,** et non ab Ecclesia: cui etiam hoc non convenit nisi **ratione capitis,** sed a Domino Jesu, cuius caput vices gerit.

720 Quod autem dicitur de repraesentatione immediata et  
w remota \* duo importat scii, repraesentationem Ecclesiae  
per Papam et Concilium, et modum repraesentandi.

j2| Et quoad repraesentationem dicitur quod inter Pa-  
pam et Concilium tanta est in hoc differentia, quod **Con-**  
**cilium repraesentat universalem Ecclesiam in-**  
**tegram**, hoc est corpus cum capite, **proportionaliter**,  
sic quod caput Concilii repraesentat Christum caput Eccle-  
siae et corpus Concdii corpus Ecclesiae. Et hic est verus et  
indubitatus sensus quo Concilium universalem Ecclesiam re-  
praesentare dicitur et a Domino immediate potestatem habe-  
re. Ecclesiam autem in terris positam Concilium integrum  
quoad potestatem repraesentare dicitur, pro quanto omnis Ec-  
clesiae potestas in eo invenitur per seipsam, vel in sua vi-  
caria; quoad vota vero, quia intelligitur in ipsum consentire  
omnium personarum Ecclesiae vota, ut patet ex auctoritate  
678 Gregorii supra inducta \* Papa autem universalem Ecclesiam  
integram, et in terris Ecclesiae potestatem et vota difformiter  
repraesentare invenitur, nam caput, Dominum scii. Jesum Chris-  
tum, **participative**, papatum in seipso **formaliter**, reli-  
quae Ecclesiae potestatem et vota **eminenter** repraesentat.

722 De differentia autem obiciendo tacta, totum oppositum  
est: quia dum ratione praelaturae Concilium Ecclesiam reprae-  
sentare dicitur, et solus Papam immediate a Christo praelatus  
est, reliquum autem Ecclesiae corpus a Domino mediante Petro  
munus hoc habet, oportet dicere quod Papa immediatius re-  
praesentat Ecclesiam quam Concilium, quia Papa mediante  
solo Christo, Concilium autem mediante Christo et Papa.

[Cap. XIII]

723 Dixi in cap. xili \* quod potestas applicativa Papatus  
\* n. 199 ac| personam regulariter et principaliter est in Papa, et non  
\* n. 76 nisi in casu in Concilio, seu Ecclesia, et in cap. VI \* idem  
sub aliis verbis, scii, quod potestas electiva Papae in Papae  
potestate est. Et attuli ad hoc utrobique duo argumenta: pri-  
mum ex facto Petri, VHI qu. I. cap. Si *Petrus* 12; secundum  
ex eo quod Papa determinat de actu electionis, ita quod con-  
trario modo factus sit irritus.

724 Obicitur contra, quattuor: scil. contra hoc, quod talis  
\*n.726sq. potestas est in Papa, et contra hoc: in casu tantum est in 9".  
\* n. 732-3 pcc]esia> seu Concilio \* et contra utrumque argumentum \*

725 Primo ergo arguitur contra primum ex Occam \* Si po-  
testas electiva Papae esset in potestate Papae, sequeretur quod  
Papa posset relinquere Ecclesiam absque potestate electiva,  
quod est impossibile: ergo. Et tenet sequela ponendo quod  
mortuis vel privatis electoribus Papa non ordinaret electores.

726 Et si dicatur quod in tali casu devolvitur ad Ecclesiam,  
contra, quia tunc sequeretur quod Ecclesia esset superior Pa-  
pa, quod tu negas. Et tenet sequela: quia numquam potestas  
aliqua ex negligentia alicuius devolvitur ad alterum, nisi sit  
simpliciter et absolute superior: potestas enim papalis non de-  
volvitur ad episcopum ex negligentia Papae non providentis  
alicui beneficio, sed e converso. «ÿ'

1 c. 1, C. VIII, q. I. Cf. supra nn. 201, 202.

2 GUILL. DE OCKAM, *Dialogus*, P. III, tr. 2, l. 3, c. 5; < Tertio probatur.. >;  
cd. Tricluet (Lugduni. 1494). ff. CCLXII-III JS

727 Praeterea, si Ecclesia in illo casu habet potestatem electivam, quaeritur a quo habet immediate, cum a seipso non habeat. Si dicatur a Christo, difficile erit reperire in sacris Litteris fundamentum, in quo possit stabiliri quod in illo casu habeat et non regulariter.

728 Secundo principaliter arguitur ex Arnachano Non est verisimile quod Dominus voluntati unius hominis commisisset potestatem electivam Summi Pontificis: quia posset evenire quod una progenies diceret: « Haereditate possideamus Sanctuarium Dei 2», dum quilibet in fine vitae suum consanguineum subrogaret

729 Tertio, quia sequeretur quod etiam potestas destitutiva Papae, in casu haeresis quo deponi potest, esset in Papa; et sic par in parem haberet imperium Et rursus quod Papa posset constituere, quod Papa haereticus a duobus vel tribus deponi posset. Et tenet sequela: quia per easdem causas habent generari et destrui potestates istae.

730 Quarto, si in Papa esset potestas electiva Papae, vel ergo est in eo potestas illa, sic quod per semetipsum potest successorem eligere vel solum quia aliquibus potest illam potestatem communicare. Hoc secundum nihil habet apparentiae. Ex primo autem, si concedatur, sequitur hoc inconueniens, quod esset in potestate duorum facere quod alternatis vicibus quilibet per annum in ordine suo esset Summus Pontifex more Annae et Caiphae. Et patet consequentia, quia unus Papa pro sua voluntate potest eligere alterum in Papam, et in fine anni ille alter reeget eundem et sic deinceps.

— — — — — | <  
1 RICHARDUS MIZ RALPH, episc. Armacanus, *Summa in quaestionibus Armenorum*, l. VII. c. 19; ed. Ichan Petii (Parisii., 1512) f. L, verso, ubi haec leguntur: < Nequaquam voluntati unius hominis ordinationem summi pontificatus sive principatus committetur, cum unius tantis refrigescere tantum posset de facili, quod loco sui carnerm et «anguinem subrogaret, et forsitan unum pseudo prophetam. »

2 Ps. LXXXIh n.



731 Quinto, Christus non contulit Papae aliquam potestatem perniciosam Ecclesiae: sed ut habet Glossa in cap. *Si Petrus* hoc est perniciosum quod aliquis eligeret sibi successorem: ergo Christus non contulit illam potestatem.

732 Contra rationem ex facto Petri allatam \* dicitur primo quod Petrus non instituit Clementem, sed instituendum ordinavit. Dicitur secundo quod hoc fecit instinctu Spiritus Sancti, quo etiam praevidit mortem. Dicitur tertio quod Papa, in casu necessitatis quo electores non possent congregari et pro occurrenti periculo opus sit pastore, potest Papa moriens instituere successorem.

733 Contra rationem autem, ex hoc quod Papa statuit circa actum electionis, etiam electores determinando \* etc. dicitur quod Papa non dedit potestatem electivam Cardinalibus, sed Ecclesia universalis in sexta Synodo <sup>1</sup> in cap. *In nomine Domini*, ubi Nicolaus [11] Papa non propria auctoritate, sed sanctorum Patrum statuit <sup>2</sup>. Et propterea ubi Cardinales potestate sibi tradita abuterentur manifeste, universitas fidelium posset eos privare potestate electiva Papae et aliis eam committere.

734 Respondeo: et primo declaro sensum verborum meorum in libello illo; secundo \* quid in hac materia mihi videtur; tertio \* satisfacere curabo obiectis.

735 Quoad primum, numquam dixi quod Papa potest sibi eligere successorem, nec quod potestas electiva Papae sit in formahter, nec quod potestas applicativa papatus ad personam

<sup>1</sup> IOAN.. *Glossa* in c. I, C. VIII, q. I, col. 120, in fine.

<sup>2</sup> tcil. in Conalio Romano, anno 1059

I, D. XX111.

sit in Papa formaliter; sed dixi quod buiusmodi potestas est in Papa regulariter et principaliter.

736 Constat namque apud viros doctos quod multa sunt in potestate superioris quae non sunt in illo et eius potestate formaliter, et quae etiam non potest per seipsum immediate facere. Sunt enim in intelligentiis, quas angelos dicimus, formae inferiorum et eorum potestates, non tamen formaliter nec sic quod possint earum actus per seipsas exercere; sunt in corporum caelestium potestate formae elementorum et eorum potestates, non tamen formaliter nec sic quod eorum opera possint per seipsa exercere. Stat igitur quod buiusmodi electiva potestas sit in Papa regulariter et principaliter, et non sit in eo formaliter, nec possit per seipsum buiusmodi potestatis actum exercere.

737 Sumantur ergo verba mea in hoc sensu, quod potestas electiva est in potestate Papae **virtualitér**, seu **eminenter**, et hoc **quoad modum essendi**; et quod [est] \* in potestate Papae **regulariter**, id est **ordinario iure**, ad differentiam Ecclesiae viduae, in qua est buiusmodi potestas in casu; et **principaliter** ad differentiam eiusdem Ecclesiae, in qua est **secundario**, pro quanto in casu potest non solum eligere, sed facere electores et ordinare de modo electionis. Haec de primo.

738 Quoad secundum \* : quia eius est potentia cuius est actus, ut dicitur in *De somno et vigilia* I, et electionis Papae actus simpliciter et absolute non est Papae, ideo **potestas electiva Papae non convenit formaliter Papae**.

739 Probat minor. Electio Papae est actus factivus, quantum ex se est, tunc Papae: ergo repugnat ei quod praesup-

ft om

\* ARISTOTELES, *De somno et vigilia*, cap. I; Bekker, 454 a. 8.

ponat pro tunc Papam. Et tenet consequentia : quia quod iit, non est: si enim esset, iam non fieret. Tunc ultra: ergo elector Papae non est Papa, et tenet sequela, quia elector praesupponitur secundum naturam electionis, et est simul tempore cum electione. Tunc ultra : ergo actus electionis Papae non est Papae et tenet sequela : quia electio Papae est actus electoris Papae. Ex hoc igitur patet quod potestas electiva Papae, cuius actus simpliciter et absolute est electio factiva ex natura sua tunc Papae, non est in potestate Papae formaliter.

74Q Et confirmatur auctoritate consuetudinis ecclesiasticae, qua fit ut electiones pastorum non fiant nisi vacationis tempore, necnon divinae Sapientiae « suaviter omnia disponentis », quae dixit : « Sufficit diei malitia sua : crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi<sup>2</sup>. » In subiecto igitur opportuni temporis, quo potestas electiva eligere debet, locata est formaliter et non in Papa, qui solum praeveniendo sollicitudinem crastini diei eligere posset, ut patet.

741 Subiectum autem huiusmodi electivae potestatis formaliter iuxta Peripateticam et Apostolicam simul auctoritatem, qua invisibilia ex visibilibus cognoscenda a nobis sunt<sup>1</sup>, ex ipsius electionis actus exercitatione investigandum est. Apparet autem absque omni ambiguitate, quod electio Papae ad Romanam ecclesiam spectat computando intra Romanam ecclesiam episcopos Cardinales qui velut suffraganei Romani archiepiscopi introducti videntur. Et propterea cessante omni humano statuto certisque exsistentibus ecclesiae Romanae membris, in eadem regulariter est

<sup>1</sup> » Sap. VIII, 1.

<sup>2</sup> Matth. VI, 34.

<sup>3</sup> ARISTOTELES, *Metaph.* 1, 1 ; Belckcr, 980 a 28. S. PAULUS, *ad Rom.*, I. 20.

**potestas electiva Papae**, non minus quam in ceteris ecclesiis potestas electiva suorum episcoporum.

142 Ex eo enim quod Christus Dominus Romanam ecclesiam elegit in Petri ecclesiam, dum ipsi ne ex Roma, sicut ex Antiochia, papatum transferret, inhibuit dicens: «Venio Romam iterum crucifigi», ecclesiae Romanae potestatem electivam Papae **non positive, sed negative**, hoc est oppositum non ordinando, concessisse dicitur. In casu autem incertorum electorum, Ecclesiae universali eandem potestatem eadem ratione, quia scilicet, est episcopus universalis Ecclesiae, et eodem modo, **scilicet, negative**, dedisse intelligitur.

743 Ex **statuto** autem humano, apostolica auctoritate contractum per viam determinationis positivae est **subiectum potestatis electivae ad Cardinales** Romanae ecclesiae **solos**. Papa enim ex eminentia potestatis, curae ac regiminis universalis, potest de electiva potestate decernere, ipsamque sic dirigere et ordinare, ut contrario modo faciendo irrita sit in suo opere et subiecto, ut patet in gestis ipsorum Pontificum et observatione Ecclesiae. Haec de secundo.

744 Quoad tertium \*, respondendo obiectis pro quanto milit-  
734  
j2j tant adversus haec, dicitur ad primum †, quod impossibile est Ecclesiam relinquere absque Papa et potestate electiva Papae; quoniam decedente Papa absque ullo decreto de hoc, **negative relinquit potestatem electivam ecclesiae Romanae**: sicut Linus successor Petri immediatus, electus creditur †.

745 Responsio quoque data \*, quod **per viam devolutionis** potestas applicative papatus ad personam esset in  
726 Ecclesia universali in casu, pro quanto ex meo libello assumitur \*, **non intelligitur de devolutione propter**  
«204

† iuxta *Glossam* IOAN.. «uper c. I. C. VIII, q. I, colt | 120-21-

negligentiam, contra quam obicitur, sed communiter, et propterea non sic arctatur devolutionis vocabulum, quin si-ve devolutionis sive successionis sive suppletionis sive cuiuscumque alterius modi in hac sententia viam includat. Unde non super negligentia electorum, sed **super defectu ordinariorum electorum fundavi** et in tali, non in alio casu, ibi dicta intelligo. Exsistentibus siquidem certis electoribus, qui hodie sunt Cardinales, non succedit Romana ecclesia universalis; defunctis autem omnibus Cardinalibus, Romana ecclesia, a qua Linus est electus ante humana iura nobis nota, immediate succedit. Quia tamen pars clauditur in toto, et in Ecclesia universali clauditur ecclesia Romana, si Concilium generale cum pace Romanae ecclesiae eligeret in tali casu Papam, verus Papa esset ille qui electus sic esset.

\* *ibid,*

746

\* n. 727

A q110 autem ecclesia Romana, aut Ecclesia universalis haberet in casu potestatem electivam papae, et non regulariter facile patet. Nam constat quod **haberet a Christo et eius vicario negative**: quia scii, neuter ordinavit oppositum, et Christus Dominus statuit Petrum in successoribus perpetuum. Stante siquidem hoc secundo, cum successio carnalis in Novo Testamento consilio castitatis, maxime convenienti perfectissimo statui qualis Papae est, dissonet; voluntaria quoque quasi adoptio vel institutio successoris suavi Ecclesiae dispositioni adversetur, **via electionis perpetuandus relinquitur** " successor Petri, proculdubio ab ecclesia sua, quae, quia est et Romana et universalis, nisi ipse Papa determinet qui Romanam et universalem Ecclesiam representent in eligendo, determinationi ipsius Petri et Domini, qua facto, morte scit Petri in episcopatu Romano, determinatum est quod ecclesia Romana repraesentet Ecclesiam universalem

in electiva potestate, — ut patet si secludamus omne ius positivum per intellectum, et aspiciamus ad Ecclesiae antiquae consuetudinem, — standum est. Unde non oportet sollicitari de auctore potestatis electivae in casu, et non regulariter in Ecclesia.

747  
., 116 Ad secundum <sup>'''</sup> dicitur quod non est contra sensum declaratum. Argumentum tamen non est ostensivum, nec ducens ad inconveniens ex natura potestatis, sed ex abusu, ex quo, si liceret arguere, nescio quae potestas universalis recte committi posset uni homini.

748  
«.729 Ad tertium \* dicitur quod, quia quaelibet potestas Ecclesiae est inferior potestate Papae cui reliquae subiacent potestates, nullum inconveniens video concedere, quod in **Papae potestate eminenter continetur potestas etiam depositiva Papae haeretici**, et quod posset constituere quod a collegio Cardinalium posset deponi in casu quo deponendus est. Nec sequitur quod par in parem habeat imperium, quia non supra Papam, sed supra coniunctionem papae cum persona exerceret imperium, in statu in quo corruptio illa est in corrumpi ex divino iure.

749  
\*\* 730 Ad quartum \* dicitur quod, proprie loquendo, neutro modo est potestas electiva in Papa, sed quia **potest determinare electores et modum eligendi**. Unde non oportet ad inconveniens deductum respondere: quod tamen ex potestatis sequeretur.

750  
''' 731/ Ad quintum \* dicitur quod non potestas, sed abusus potestatis, si data esset a Christo, esset permissus.

751  
''' 732 Ad obiecta vero contra rationem ex **facto Petri** \* dicitur quod prima glossa videtur contra textum dicentem: **tradente**

sibi Petro <sup>1</sup>, et non dicit : ordinante quod sibi traderetur. Se-  
\* ib- 20 eunda vero glossa <sup>2</sup> acceptari potest, quamvis non sit authentica <sup>3</sup> :  
praesertim quia mortem non instinctu Spiritus Sancti, sed Do-  
mini voce agnovit, dicentis: « Venio Romam iterum em-  
\* ib. 3° cifici » Tertia autem glossa <sup>4</sup> si acceptatur, eminentiae potes-  
tatis Papae favet, ut patet: sed quomodo tunc fuerit talis  
necessitas, deberet aperiri.

752 Videtur tamen mihi quod vel iuxta secundam glossam in-  
stinctu Spiritus Sancti Petrus hoc fecerit vel de eminentia  
potestatis propter quod dissolutum <sup>5</sup> a Spiritu Sancto dici-  
tur factum Petri, — non semper erunt Petrus et Clemens ; —  
vel potius quod tamquam incertum factum, auctoritatem  
firmam non faciat. Dico autem incertum, quia Ecclesia Linum  
et Cletum reputans Summos Pontifices, computatis annis quibus  
quilibet eorum rexit ecclesiam Romanam ante Clementem, tes-  
tari videtur quod verba illa Ioannis Papae III tamquam  
narrativa crediti facti accipienda sint, et non ut auctorizantia  
factum quod narratur : propter quod auctoritate illa utimur ut  
valeat quantum valere potest. Accedit ad hoc versus in Glossa  
ibidem de Clemente dicens : « Disputat hoc mundus, quartus  
fueritve secundus 5. »

753 Ad obiecta demum contra rationem ex hoc quod Papa  
\* n- 733 statuit de electoribus Papae <sup>6</sup> dicitur quod manifeste constat

a ed. V : aucthentica.

1 c. I, C. VIII, q. 1 ; Ut supra n. 732.

2 Cf. *Martyrium Petri* (apocr.), cit. a PUECH, Hist, de la littérature grecque chré-  
tienne, I, 413; et ORIGENES, *Comment, in euang. Ioan.* XX, 12; PG 14, 600 B.

3 i. e. rescissum, seu abrogatum.

4 dicentis, quod Petrus Linum et Cletum *adiutores* sibi adseivit, sed Clementem  
*successorem*.

IOAN, *Glossa* in c. I, C. VIII, q. 1, Col. 1121.

ex illo capitulo *In nomine Domini* <sup>1</sup>, quod propria auctoritate Papa illud statuit in Synodo, ut patet ex illis verbis: «Venerabilis Pontifex decernens auctoritate apostolica inquit...» Mirum est autem quod arguentes non adverterint grammaticam constructionem in sequentibus, ubi dicitur: « Quapropter instructi praedecessorum nostrorum aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus ut obeunte etc... »<sup>2</sup>, et dixerint propter haec verba, quod Papa non propria, sed sanctorum Patrum auctoritate statuit, cum ly « auctoritate » determinet ly « instructi », et non ly « decernimus ». Unde solidum stat quod Papa auctoritate propria statutum illud fecit.

154 Quamvis etiam omnia statuta de electione Papae, quod Summus Pontifex etiam in Synodo fecit, propria auctoritate fecerit et sancti Patres in Synodo congregati nihil possint sine auctoritate Romani Pontificis statuere, haec quoque ex auctoritate Papae fieri comprobantur, dum statutum Gregoni X cum Concilio Lugdunensi quod habetur in VI<sup>o</sup>, *de electione, Ubi periculum* disponens de electione Papae, renovatum pro Hadrianum [V] et Joannem XXI<sup>o</sup>, ac deinde reassumptum per Coelestinum V et Bonifacium VIII, robur auctoritatis habet, ut Glossa in eodem cap. dicit <sup>3</sup> Clementinam quoque *De Romani* de electione Papae, a Papa <sup>4</sup>, non a Concilio generali factam esse Palet, in Clementinis *de electione* c. Multa quoque circa elec-

n. ed V. · XXIX.

<sup>1</sup> C. I, D. XXIII, Ut supra n. 733.

<sup>2</sup> Ibid. §2.  
<sup>3</sup> c. 3. *ctcclhn. d. /«« P»»'''4. ■ 6. '' Vie.*

<sup>4</sup> Ioan. andr. *gloj. W...* -c0-

<sup>5</sup> scilicet a Clemente V P.  
<sup>a</sup> c. 2. *de electione et electi potestate. l. 3.* in Clem.

tionem Papae statuta in *Dist. LXXIX patet a Gratiano referri.*  
Et novissime *Julius II, qui vivit et regnat, statutum novum edidit de electione Papae, absque Concilio generali Unde negare huiusmodi potestatem in Papa est negare sensum.*

<sup>1</sup> *Decretum GRATIANI, Pars I., D. LXXIX, per totum.*

<sup>2</sup> *Constitutum hoc: De fratrum nostrorum, quo JULIUS II electionem Rom. Pontificis a simoniaca fraude vindicabat, anno 1510, mense octobris. promulgatum est; d. RAYNALDI, *Annales ecclesiastici*, anno 1506, η. 1; ed. Lucae, XI, col. 476-7.*

[Caput XIV]

Dixi in cap. XX» XXI et XXII quod in Ecclesia Dei est potestas auctoritativa super coniunctionem Petri et Papatus, non autem super Papam.

756 Obicitur contra tripliciter. Primo, quia contradantur dictis in libello illo. Secundo, quia contradantur haec duo inter se. Tertio, quia falsum est quod potestas depositiva Papae, quae est in Ecclesia, non sit auctoritativa supra Papam.

*Aim. XI,  
1006BD*

757 Primum ostenditur sic: in cap. VI et XIII dictum est \* quod potestas applicativa ecclesiasticae potestatis ad hanc vel illam personam est in solo Papa; nunc dicitur quod potestas auctoritativa super coniunctionem est in Ecclesia: ergo contradictio.

758 Secundum autem ostenditur exemplo quo utor \* retorquendo in me. Habere enim potestatem super hominem, non est habere potestatem super animam, nec super corpus, sed super separationem animae a corpore, cum nihil aliud faciat occidens hominem. Quid ergo aliud est habere potestatem auctoritativam super Papam, quam posse papatum ab ipso auctoritative separare.

759 Tertium autem, quod scii. Ecclesia auctoritative super Papam ipsum deponit, probatur tripliciter. Primo, quia aliter Papa haereticus citatus non tenebitur comparare, nec erit contumax non comparans: iudicabunt ergo inauditum, aut non obligatum respondere.

760 Secundo: omnis actus punitivus \* personae ratione proprii peccati est ab habente jurisdictionem super eum qui punitur.



761 Tertio arguitur ad hominem, meipsum scilicet: Ecclesia potest excommunicare Papam haereticum antequam deponat: ergo habet auctoritatem iurisdictionis super Papam. Patet sequela, et antecedens ex te est: quia tu dicis ! hanc consequentiam esse bonam: non est excommunicatus ipso facto, ergo non est depositus, et ista erit bona: non potest excommunicare, ergo non potest deponere, et ista: potest deponere, ergo potest excommunicare.

762 Respondeo: et ad primum \* dicitur quod nulla est in dictis meis **contrarietas**: quoniam superius \* de auctoritate eminentiae erat sermo, ubi Ecclesiae potestas Papae potestati comparabatur. Unde dictum est ibi, quod Papa est moderator et director potestatis Ecclesiae, et non e converso: hoc enim ad eminentiam et non eminentiam potestatis spectat. Hic autem sermo est de auctoritate efficaciae: dum dicimus quod potestas Ecclesiae auctoritativa potest super coniunctionem etc., hoc enim nihil aliud sonat, nisi quod talis potestas tamquam superior coniunctione illa potest efficere illam: agens enim ut sic praestat, eo quod fit ut sic. Cum hoc namque patet bene stare, quod potestas applicativa potestatis ecclesiasticae secundum eminentiam est in solo Papa.

763 Ad secundum \* vero dicitur quod haec duo, scii, potestas  
\* π. 758 est super coniunctionem et non super Papam, in nullo repugnant inter se, quia diversa sunt. Et **Papa significat aliquid maius coniunctione, quoniam significat formam papatus**, sicut dominus formam domini. Propter quod retorsio exempli de homine nihil valet. Nam non convenit Papae significatum aequiparare significato hominis

et simile de utroque ferre iudicium, quia homo significat formaliter compositum ex anima et corpore, **Papa** vero significat formaliter purum papatum, quamvis in concreto, ut patet. Sed hoc totum Petrus Papa se habet ut homo, et conceditur quod potestas illa potest super Petrum Papam ratione subiecti, ut in libello dicitur ;\* non autem super Papam, quia non potest ex parte formae. Unde patet nullam esse repugnantiam, et quod aliud est posse super Papam et aliud super Petrum Papam, sicut aliud est posse super compositum, et aliud super formam.

764 Ad primum autem contra tertium hoc, scii, quod potestas  
759 Ecclesiae non est supra Papam ;\* respondetur, quod **Petrus  
Papa haereticus tenetur ad omnia quae sunt necessaria ad iudicium depositionis ipsius**, ut in  
libello cap. XXI expresse dictum est ;\* unde mirandum videtur de obiectionibus. Dico igitur quod Petrus Papa haereticus **ratione subiecti sic dispositi** subditur potestati depositivae Ecclesiae, et in omnibus necessario praeambulis et consequentibus. Nec ex hoc sequitur, quod potestas Ecclesiae sit supra Papam, sed supra Petrum Papam sic dispositum  
-60 in hoc tantum. Et per hoc patet solutio primi et secundi ;\*

765 Ad tertium vero dicitur \* quod, ut patet in cap. XIX  
libelli unde impositum est mihi quod dicam illam consequentiam bonam, numquam ego dixi hoc, numquam somniavi connexionem inter excommunicationem et depositionem : immo oppositum expresse sensi. Ego enim ex **illa communi radice** : id quod infligitur a iudicio humano, non incurritur ipso facto ex solo peccato interiore pure, intuli duo, scilicet **negationem excommunicationis**, et **negationem privationis**, et dixi quod, si ex hac radice sequitur non esse excom-

\* n. 266 municatum, **multo magis sequitur** non esse pnvatum: quia ibi non requiritur declaratio apud iuristas sicut hic \* Argumentum autem procedit contra dicentem illationem formalem a negatione excommunicationis ad negationem depositionis: et ideo non est ad propositum.

[§ 2]

766 Dixi in cap. XXI \* quod Papa posset committere potestatem depositivam Papae haeretici collegio Cardinalium.

767 Obicitur quod non possum sic dicendo sustinere quin par in parem habeat imperium.

768 Respondeo quod facillime patet ex hoc non sequi parem in parem habere imperium: quia potestas depositiva non est supra Papam, sed **supra coni unctionem Petri cum papatu**: quae coniunctio non est par Papae. Quare autem huiusmodi potestas depositiva Papae, quamquam minor papatu, non sit auferibilis ab Ecclesia a Papa, in promptu causa est: quia **divino iure** illi convenit contra Papam haereticum, ut

\* n. 372 patet ex dictis in libello \*

[Caput XV]

769 Dixi in cap. XXVI \* rationem quare Papa pro infidelitate sola potest deponi: quia sola infidelitas inter crimina contrariatur ad esse Papae.

770 Obicitur dupliciter contra hanc rationem. Primo, quia falsum est quod fides requiratur ad esse Papae, cum Papa, si fiat haereticus, adhuc sit Papa apud me: sufficit enim character baptismalis.

*Aim. XII,  
1008 AB*

771 Secundo, quia haec ratio aequè fortiter probaret, quod pro haeresi deponi non posset: quia haeresis non opponitur ad esse Papae.

772 Respondeo quod ratio mea non est intellecta ut est. Studiose namque non posui inter condiciones requisitas ad esse Papae fidem, sed **christianitatem**, ut excluderem hanc obiectionem. Nec assumpsi quod infidelitas sola inter vitia contrariatur fidei, sed christianitati, seu conditioni requisitae ad esse Papae, ut patet in libello \*. Constat enim christianitatis statui, qui membrum Christi constituit, solam infidelitatem inter vitia opponi, et quod christianitas requiritur necessaria ad esse Papae et in libello eodem, cap. XXVII \* clare manifestavi differentiam inter **christianitatem** et fidem et quod **christianitas est status quidam ecclesiasticus ex caractere et fide constitutus**.

l' n. 382,  
i 383

l' n. 406

773 Sed ut melius vis rationis perspiciatur ex conclusione intenta et directa oppositione infidelitatis, considerandum est quod non est intenta aut deducta conclusio ex illa ratione, quod Papa habet non esse propter infidelitatem, sed quod

est dispositus propinquissime ad non esse, quod significat conclusio dicens quod est deponendus. Et propterea non oportet quod infidelitas sic opponatur christianitati, quod auferat **totaliter** esse christianum; si enim hoc tolleret, non deponendum, sed **depositum** Papam inferret. Sed sat est quod opponatur christianitati sic, quod constituat christianum hominem, **quantum est ex parte hominis**, in non esse christianitatis. Per hoc siquidem non esse christianitatis in Petro Papa, constituitur Petrus Papa in esse **deponibili**, quia per tale non esse est dispositus sic ut deponi possit, ut patet ex dictis in libello

\* n. 385

774

Et manifestatur ex officio Papae: cum enim Papae officium sit pascere doctrina et opere, cum **habet fidem formatam**, velut sanus vivit in papatu; cum autem **habet fidem informem** ob perditam caritatem, non pascit amplius exemplo, sed doctrina tantum, ac per hoc velut **aeger** in papatu est; si demum etiam **fidem omnino amisit**, iam nec doctrina pascere potens est, et quasi **mortuus** sicut in extremis vitae constitutus, ad omne opus invalidus, dispositus est ut morte depositionis auferatur a vita papali.

775 Unde patet responsio ad primum : quia non obstat

n. 770

rationi quod infidelitas stat cum esse Papae, ut patet ex dictis. Et potes eandem sententiam unico verbo dicere, quod fides est necessaria ad esse Papae **simpliciter**, quamvis non sit necessaria ad esse Papae **sic**, scilicet **quasi mortui**: immo ex hoc quod constituit Papam in esse Papae **simpliciter**, et eius oppositum constituit in esse Papae quasi mortui, manifeste sequitur, quod constituit Papam in esse **deponibili**.

776 Et per hoc patet solutio secundi \* : haeresis enim non stat

n. 771

cum esse christianum simpliciter, nec cum esse Papam simpliciter, quamvis non auferat totaliter utriusque esse, sed, quia

constituit non esse christianum quantum est ex parte hominis, ideo constituit dispositum ad non esse Papae, quoniam esse Papam simpliciter supponit esse christianum simpliciter. Sed argumentum in hoc fallitur: quia accepit haec rationem ac si inferret non esse Papae sic, quod esset depositus, cuius tamen contrarium patet in littera \* Manet ergo ratio illa non inventa adhuc minus habens, quamvis in statera posita, ut desiderare me dixi.

1§ 2]

777  
Li 372.  
U96  
Dixi in eodem XXVI cap. iuncto XXV \* quod ex sacra Scriptura solus casus haeresis excipitur ab impunitate Papae respectu Ecclesiae.

: 778  
Obicitur, quia in sacra Scriptura invenitur etiam alias crimosum esse separandum, ut patet primae ad Corinthios V, [11]: « Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. » Et Dominus, Matth. XVIII, [17] innuit hominem pro quolibet mortali, cui annexa est contumacia, esse excommunicandum. Et si glossati fuerunt hi textus de subditis in terra, similiter glossabuntur textus allegati per te de haeretico.

*Alm. ibid.*  
*1008 B C*

779  
Et ad dicta Salvatoris et Petri ', conceditur quod, quamdiu bene docent et remanent praelati, sunt audiendi.

780  
Respondeo quod, cum sacra Scriptura tota sit ab uno auctore, qui est Spiritus Sanctus, et velut una integra doctri-

na legis divinae, non est glossis, sed textui attribuendum, cum ex coniunctione diversorum locorum Scripturae sensus unius colligitur : sic autem est in proposito. Cum enim propter haeresim maxime et propter alia etiam crimina sint divino iure vitiosi multi separandi ab Ecclesia, et exceptio fiat de solis praelatis ab ipso divino iure in criminibus aliis ab infidelitate, manifeste colligitur absque nostris glossis, quod reliqui pro multis criminibus, praeter ea tamen **pro sola infidelitate divino iure separandus ordinatur**. Scriptura igitur loquens de haeretico communis est praelatis et subditis, quia nulla fit exceptio in ea de praelato ; loquens autem de aliis criminibus, **praelatum simpliciter non comprehendit, quia excipit eum**.

781 Ad responsionem vero datam exceptioni Domini et Petri  
n' quando exceptus est praelatus Matth. XXIII, [2] : « Super cathedram Moysi » et I Pet. II, [18] : « Obedite praepositis dyscolis », dicitur quod responsio illa, scilicet : **quamdiu bene docent et sunt praelati**, potest bene et male intelligi. Bene quidem, si sit sensus: quod quamdiu **per se bene docent et sunt praelati**. Et sic nihil obstat proposito, quoniam fides Christi est qua fit doctrina, et quae sustinet praelatum in esse simpliciter, ac per hoc **quamdiu habent fidem, habent unde per se recte doceant, et sint praelati quantum est ex iure divino**, ut patet in libello

\* n. 367

782 **Male autem**, si sit sensus quod non dicitur praelatus tolerandus, sed si **toleretur, audiendus**, quoniam cum in maiore includatur minus, et plus sit malos praelatos audire cum effectu et obedire eisdem quam tolerare, ut patet, consequens est quod mandatum Domini et Petri de obedientia praelati malae vitae et bonae doctrinae, claudat in se mandatum de toleratione ab eisdem, quibus obedientiam in-

didit 1. Et sic auctoritas iuris divini allata efficax ad propositum restat, supra firmam petram fundata.

l§ 31

783 Dixi in eodem XXVI cap conclusive, quod in solo casu  
|.·^ haeresis Papa subicitur Ecclesiae, ita quod possit deponi.

784 Obicitur : primo, quia in epistula Clementis ad Iacobum 23 ex ore Petri Apostoli ordinatur quod Clemens Papa deponatur propter negligentiam : Ecclesia siquidem non spernit illam epistulam, quod sufficit.

*Alm. ibid*  
*1008 C,*  
*1009 A*

785 Secundo : quia cum Ecclesia in casu haeresis sit iudex Papae, et talem potestatem non habeat nisi Matth. XVIII, [18], et ibi non commemoretur magis peccatum haeresis, quam quodcumque aliud cum contumacia, sequitur quod non solum in casu haeresis Ecclesia sit iudex Papae.

*ib.f*  
*1010 A*

786 Tertio : quia si vicarius regis absentis tyrannice regeret, communitas posset illum deponere : ergo Ecclesia potest deponere Vicarium Christi Domini, si tyrannice regat.

*1009 D*

787 Respondeo quod epistula illa eadem facilitate reicitur, qua recipitur: immo maiore reicitur, ut patet ex opposito decreto, XI Dist., *Si Papa* 1, ubi manifeste propter negligentiam Papa non iudicandus dicitur, quamvis perniciosam. Unde non sufficit illius auctoritas.

788 Auctoritas autem Domini secundo loco allata \* potestatem Ecclesiae supra subditos sibi, ut sic, manifestat. Et propterea cum **Papa ex aliis locis sacrae Scripturae**

1 Non est ergo condilionale mandatum, ut isti insinuant (si toleretur, praelatus audiendus est), sed absolutum, claudens in se cl tolerantiam cl obedientiam.

2 CLEMENTINA, *Epist. Clementis ad Iacobum*. c. V, PL 2, 39 B ; c. VI, ib. 40, A.

3 c, 6, D. XL.

non **sit subditus Ecclesiae nisi incasu** haeresis, consequens est ut ex illa sententia Domini non habeat Ecclesia potestatem super eum, quia est Papa, nisi in casu haeresis: quod enim ibi non est expressum, sufficit alibi inveniri declaratum.

789           Ad tertium dicitur quod similitudo illa deficit duplici-  
\* n. 7Æ6       ter. Primo, quia communitas libera habet potestatem deponendi principem, regem scilicet, si tyrannice regat: et ideo non est mirum, si potest deponere etiam vicarium illius. **Ecclesia autem serva est Principis sui Iesu Christi.**

790           Secundo, quia rex purus homo absens supponitur, et solum per vicarium gubernare; **Rex autem noster sic absens est corpore, ut per seipsum audiat querelas contra Vicarium suum ab Ecclesia et membris singulis: et propterea non est ab Ecclesia eius vicarius deponendus, sed recurrendum est ad Principem audientem et optimum, ut deponat.**

[§ 4]

791           Dixi in eodem XXVI. cap \* quod propter scandalum non est  
\* n. 403       praescindendum caput iuxta Domini sententiam, Matth. XVIII, [8].

792           Obicitur quod, licet non sit auferendum caput totaliter, sic quod numquam sit futurum aliquod caput, tamen auferendum est istud caput sine quo in corpore remanet vita, immo quod corpus inficit quantum est ex se.

/Im. W  
loio

793           Respondeo quod ex verbis Domini, negative tamen, ut in libello dictum est \*, sumitur quod **nec totaliter, nec hoc caput praescindendum est: quoniam expresse dicitur: « Si manus tua, oculus tuus, pes tuus... » Pronomen siquidem adiunctum ostendit quod de membro hoc loquitur, et consequenter**

de capite isto negatum accipimus quod praescindatur. Falsum quoque est quod sine isto capite sit vita, cum ipsum loco Domini salvificet Ecclesiam, ut in cap. Si *Papa*, D. XL dicitur \ Nec inficit hoc caput, sed recte docet: quamvis abusus potestatis capitalis in isto inficiat, quantum est ex se, Ecclesiam, **non hoc caput, sed abusus illius in culpa est;** et non est praescindendum caput, sed illius abusui congruis remediis obviandum.

l c. 6. D. XL.



[Caput XVI]

- 794                   Dixi in cap. XXVII " quod Deus optime providit Eccle-  
• η. 416-           siae, disponens quod orationis remedio contra Papam malum  
422                   uteretur, non autem depositionis potestate.
- 795                   Obicitur, tripliciter. Primo, quia minus bene instituta /»|  
                      esset politia ecclesiastica quam civilis. Et tenet sequela: quia ' |  
                      civilis potest principem tyrannice regentem pertinaciter depone-  
                      re, ecclesiastica autem non posset.
- 796                   Secundo, quia Deus ademisset communitati Ecclesiae po-  
                      testatem sibi naturaliter convenientem, et necessariam ad pa-  
                      cificam conversationem, qualis est potestas depositiva principis  
                      in casu tyrannidis. Et tenet sequela : quia talis potestas natu-  
                      raliter convenit communitati perfectae et liberae.
- 797                   Tertio, quia cum Deus opportunius remedium quam ora-  
                      tionem Ecclesiae potuerit instituere, scilicet potestatem deposi-  
                      tivam, dicere non aliud remedium quam orationis reliquisse est  
                      dicere politiam ecclesiasticam non bene institutam, et effectam  
                      servam strictissima servitute.
- 79B                  Respondeo quod Deus longe melius et eminentius  
                      **instituit ecclesiasticam rem publicam quam ci-**  
                      **vilem,** quoniam illam instituit cum proximo et homogenco  
                      capite vivo in perpetuum sine potentia errandi, praesente spi-  
                      ritualiter votis omnium et singulorum ubique : haec enim est in-  
                      stitutio reipublicae christianae **simpliciter.**
- 799                  De institutione autem **ad tempus,** scii, corporalis ab-  
                      senticiae Principis nostri, dicitur etiam quod optima est,

quando consonat primariae institutioni. Et quoniam res publica christiana secundum suam primariam institutionem servata nata est, et tota potestas est in suo principe naturali, ideo optime consona institutio ad tempus est, ut non communitati, sed vicario principis potestas plena committatur, ut praedictum est et quod res publica, quamdiu Vicarius principis sub principe est simpliciter, quod fit per esse christianum, simpliciter recognoscat Principem vivum et recurrat ad eum audientem et paratum exaudire.

X) Et scito quod contingit homines in hac re falli quasi a negatione modi ad negationem rei. Cum enim deponere Papam contingat multis modis, scilicet per providentiam humanam, et per orationem Ecclesiae perseverantem, et neutro modo opus sit nisi in casu verae necessitatis, ex hoc quod Ecclesiae non est concessum quod possit deponere per viam providentiae humane, non sequitur: Ecclesiae non est concessum, quod possit deponere Papam: quoniam alia via, scilicet orationis perseverantis, infallibiliter potest: quae enim per amicos possumus, per nos aliquo modo posse testatur Philosophus<sup>1</sup>, quanto magis quae per patrem possumus.

801 Ad primum \* ergo negatur sequela: et ad probationem  
'h dicitur, quod utraque politia, scilicet tam civilis quam  
ecclesiastica, potest deponere tyrannice regentem  
l ipsam, sed diversimode; quia civilis perfecta et libera  
potestative et per providentiam humanam, ecclesiastica  
autem per potestatem sui Patris, per orationis  
perseverantiam, quando vere oportet. Et hic  
modus quidem excellentior, et non potens errare, sicut primus,  
est melior, et propterea non minus bene, sed melius provisum

<sup>1</sup> ARISTOTELES, *EMc.* III, 5; Bekker, 1112 b 27-8.

est ecclesiasticae reipublicae de modo abiciendi a se malum ministrum quam civili.

802 Ad secundum \* negatur etiam sequela : quia communitas  
' n. 796 christiana nata est serva, ac per hoc naturali iure sibi non competit potestas super principem suum : et consequenter nec supra principis vicarium, nisi a principe sibi concedatur. Unde licet verum sit quod ecclesiastica communitas distincta contra principem non habeat supra principem et eius vicarium tyrannizantem auctoritativam potestatem, non tamen adempta est sibi a Christo, aut quocumque alio modo, sed ex natura sua: quia serva nata est, contraxit hanc negationem.

803 Ad tertium \* autem dicitur, quod non fuis set oport-  
\* n. 797 tunius remedium providentia humana, quam oratio Ecclesiae perseverans. Tum quia providentia humana falli potest, cogitationes siquidem mortalium timidae et incertae providentiae nostrae † ; oratio autem Ecclesiae perseverans falli non potest. Deponeremus forte, quando non oportet, non praevidentes futura, nec occulta scrutantes. Oratio autem Ecclesiae perseverans non deponet quando non oportet : quia bonus Dominus negat quod volumus ut tribuat quod malemus. Tum quia facilius, minus impedibilis et efficacior causa est oratio Ecclesiae perseverans pro se in necessariis ad salutem Ecclesiae, quam tota omnium hominum providentia ; haec enim difficile consonat, potentia impediri potest et omnia subiecta non habet ; descripta autem oratio facile consonat, non potest potentia aliqua humana impediri, et omnia sub Deo subiecta habet.

804 Mirum est autem de subiunctis, scilicet quod dicere Deum solum orationis remedium reliquisse etc... : solum enim hoc re-

† Sap. IX, 14,

medium tamquam supremum et efficax simpliciter relictum dicimus, existentibus multis aliis remediis, per viam admonitionis, etc. Mirum autem dico, quia cum naturaliter ex eisdem tueamur ex quibus sumus et conservamur, et christiana respublica ex **oratione sit adaucta**, et in uno ovili constituta, dicente Patre ad Christum : « Postula a me et dabo tibi Gentes haereditatem tuam | » et ex oratione **conservetur**, dicente Christo ad Petrum : « Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua<sup>2</sup>», naturali quoque ordine oratione **defendenda est**, contra tyrannice regentem.

§05 Mirum dico, nisi quis putet orationem Ecclesiae perseverantem pro se in vera sui necessitate posse deficere, quod prope infidelitatem esse, si infidelitas non est, parvulo meo iudicio videtur: divinae siquidem providentiae, quam in specie de Ecclesia sua habet, derogare videtur. Si enim natura non deficit in necessariis, quomodo Deus qui dedit semetipsum Ecclesiae, deficit illi in necessariis, servatis ex parte Ecclesiae servandis, ut patet ex descriptis conditionibus orationis.

806 Mirum demum dico, quoniam si efficax hoc orationis Ecclesiae etc. remedium indubie creditur, cur insufficienter provisum Ecclesiae dicitur de remedio opportuno ? Et per hunc modum excludendi Papam tyrannum ab Ecclesia satisfit omnibus quae obiciuntur de corpore respectu membri contagiosi, et §imilibus: ad omnia siquidem sat est oratio perseverans Ecclesiae.

807 Pr<sup>o</sup> cuius zelo hanc respondendi curam suscepi : arbitratu quibusdam licet non omnibus frivolis obiectis respondisse,

1 P.. 11. 8.

2 Luc. XXII» 32.

vituperandum non esse hac vice. Rogo igitur lectores ut aequos se praebeant interpretes aut censores: nihil enim hic aut alibi mihi, sed rationi, vel auctoritati allatae tribui volo: et hoc etiam ubique, et semper sub sacrosanctae Romanae ecclesiae correctione. Romae die 26 Novembris, 1512, ad laudem et gloriam Domini nostri Iesu Christi. **A**men.

FINIS

\* Coloph.: impressa Venetis per Gorgium Arriabenum anno reconciliatae natalis 1514 die X octobris.

## TABULA COMPARATIVA CAPITULORUM

*ulriusque opusculi CAIETANI* 1

*necnon libelli IAC. ALMAIN* 2

Auct. Pap.	Cone.	Apolog. eiusdem	Auct. Eccl. seu Concil.
C. XXV11		C. 1	C. MI c. 977C-98IA
C. IX		c. 11-VI	C. VI c. 987 CD ; 988D
C. III		C. VII	C. VIIc. 993CD
C. IV		id. § 2	C. X c. 1002A
C. VI		C. VIII § 1	C. VIII c. 995C-996C
id.		id. § 2	C. IX c. 998D-1000D
id.		id. § 3	C. VII c. 993A
id.		id. § 4	C. VIII c. 996C
C. VII		C. IX	C. VII c. 995D; 996B
id.		id. § 2	C. id. c. 996D
id.		id. § 3	C. id. c. 997A
id.		id. § 4	C. id. c. 997AB
id.		id. § 5	C. id. c. 997CD
id.		id. § 6	C. id. c. 989-992A; 993A-D
C. VIII		C. X	C. VII c. 992C
C. IX		C. XI	C. VII c. 990D-991A
id.		id. § 2	C. X c. 1001B-1002D
id.		id. § 3	C. id. c. 1002D-1003A
id.		id. § 4	C. VII c. 992A
id.		id. § 5	C. VIII c. 998AC
C. XI		C. XII § 1	C. VI c. 987C-988B
id.		id. § 2	C. X c. 1003D-I004B
id.		id. § 3	C. VIII c. 998A
id.		id. § 4	C. X c. 1003 BC; I004C
C. XIII		C. XIII	C. IX c. 999A-1000D
C. XX-XX11		C. XIV § 1	C. XI c. 1006BD
c. XXI		id. § 2	id. c. 1007 A
c. xxvi		C. XV § 1	C. XII c. 1008AB
id.		id. § 2	id. c. 1008BC
id.		id. § 3	id. c. 1008C-9A;1009D-10A
id.		id. § 4	id. c. 1010A
C. XXVII		c. XVI	C. XII c. 1009AB

1 luxta nostram editionem.

2 luxta editionem Ellies du Pin, cf. Sigla.



## *INDICES*





INDEX BIBLICUS 1

	Ex.	LXXX11, II	728
XVIII, 21. 25	200	C, 2	540
		cxx, 4	418
	Lev.		Prov.
xviii, 28	22	X, i	575
	Num.		Eccli.
xvi, 26	249,280	xxxvii, 31	399
	Dent.		Cant.
XIII <i>passim</i> ; XIV it.	622		252
XXXII, 4	73, 309, 360	i. 7	
	Reg.		Sap.
I, xvi, 7	118,266.268,427,441	vin, 1	191, 455, 465, 740
4, xix, 35	418	ix, 14	803
	Iud.		Is.
vin, 13	234	v, 4	360
		LIX, 1	421
	Esth.	LXIH, 1	203
vin, 1	418		Ier.
	Iob.	XII, 10	84
XXXIV, 30	4(9	xvii, 5	419
	Ps.		Hab.
II, 8	804	II, 4	247
XXXII, 9	442		Dan.
LII, 6	232		418
LXV, 19	419	III, 99	

1 Numen vulgares ad paragraphes Opusculi lectorem remittunt ; italici vero ad paragraphes *Apologia?* eiusdem op.

	Os.	XXVIII, 30	16. 24, 76, 176, 701, 712
XIII, 11	419		
	Matth.		Marc.
		III, 14	27
V, 14. 16	16	III, 23	217
vi, 33	418		
VI, 34	740		Luc.
vu, 5	238	I, 37	450
vu. 16	403	VI, 13	27
X, 1	27	IX, 1, 2	24
XV. 8	420	xii, 42-6	397, 400, 402
XV, 24	418	XVII, 10	685
xvi, 18	8, 247, 324, 414, 514	XVIII, 7	147, 418
xvi, 19	8, 9, 16, 21, 44, 269, 311, 459, 476, 497, 508	xviii, 8	419
		XIX, 12	311, 591
		xxii, 20	20
xviii, 8	403. 791-793	xxii, 27	514
xviii, 15	65, 140, 143. 458	XXII, 29	26
xviii, 16	403, 427	XXII, 32	133, 191, 428, 643.
xviii, 17	60, 65, 140, 143, 146, 164, 167, 458, 778		646, 651, 652, 804
xviii, 18	16, 21, 44, 45, 60, 124. 126, 164, 167, 458, 475, 476, 497 - 500, 507, 508, 577, 598, 663, 664, 674, 675, 785	in, 18	
		x, 1	245, 323
		x, 11	85
		x, 14	87
		x, 16	87
xviii, 19	176		29, 85, 86, 477, 508, 541, 564
xviii, 20	174, 176	xii, 48	350
XIX, II	593	xiii, 16	17
XX, 28	517	xiv, 26	133, 178
XXIII, 2, 3	367, 396, 403, 443. 781	XV, 16	451
		xv, 26	168
XXIII, 5	662	xvi. 13	53, 133, 698, 708
XXIII, 8	48, 459	XX. 21	27
XXVIII, 18	24	xx, 22	20

XX, 23	16, 20, 45	xiii, 4	558
XXI, 15		xiv, 4	275, 418
XXI, 17	8, 9, 10, 16, 29, 38, 40, 45, 46, 83, 85, 87, 269, 306, 311, 452, 459, 486, 489, 535, 538, 542, 544, 564, 577, 612	II, 14 IV, 1 IV, 5	I Cor.  419 588 126, 267 258, 778
XXI, 21		vi, 12	596
XXI, 24	54	x, 13	422
	Act.	x, 23	596
1, 15	171	XI, 24.	20
	171	xii, 12	5/9
vin, 14	17, 49, 163, 168	xii, 28	40
vin, 20	171		II Cor.
XI, 2	163, 169	II, 10	588
xii, 5	234, 438	v, 20	37
xii, 6	438	vi, 14	249, 280
XIII, 2, 3	20	XIII, 10	63, 412
xv,	169		Gal.
XV,	171		27, 48
xv, 13	163, 170		249, 280. 350, 648
xv, 19	171		170
xv, 22	170	II	17, 48
xv, 23	163, 170	II	17, 48, 170
xv, 28	665, 698	II.	17, 40, 115, 169, 255
XX, 28	553	II,	357
	Roni.	II, 14	Eph.
I, 17	247, 325		5/9
I, 20	74!	I, 22. 23	450
vin, 23		n, 19	37
vin, 32	418	vi, 20	Phil.
X, 10	265		136
Xi, 29	269, 369		
XII, 5	64, 71, 5/5	IV,	

	Col.			1 Petr.
IV, 17		412	II, 18	36?, 396, 78/
	2 Thess.		II, 23	446
III, 6		249, 280	II, 25	311
	Tit.		in, 15	446
III, 10	280, 331, 344, 347			2 Petr.
	Hebr.		I, 21	393, 426
v, 4		305		2 Ioan.
IX, 11. 12		595	n, 1	249, 280
X, 26-30		320		Apoc.
X, 38		247, 326		
XI, 1		247, 326	xix, 16	52/
xiii, 8		452	xxi, 14	26

## INDEX LITTERARIUS

<b>Ambrosius S.</b>		<i>In Ioannis Euangelium</i>	
<i>Epistulae,</i>		tr. 46, c. 5	586
., c. 2....	568, 584	tr. 50, c. 12	61. 128, 609-612
		tr. 118, c. 4	61, 128
<b>Anastasius bibi.</b>		<i>Retractationes</i>	
<i>De vitis Rom. Pont., XXXIX</i>	358	l. 1, c. 24	28
<b>Aristoteles</b>		<i>Enarrationes in Psalmos</i>	
		in Ps. 44	25
<i>Topicorum</i>	m, 553	<i>Sermones</i>	
<i>Physica</i>	n, 291	46, XV, 37	252, 334
	IV, 50	295, n,	61. 128
	2 517	<i>Epistulae</i>	
<i>De anima</i>	n, 304	III,	188
	m. 2 184	43, VII, 19	566, 578-580
<i>De somno et vigilia</i>	738	IX.	252, 334
<i>Metaph.</i>	741	211, XVI	594
	m, 272	<i>De symbolo ad catechumenos</i>	
	12 672	c. 13	575
	IX, 672	<i>Quaesi, ex Vel. et Novo Test. (Apoc.)</i>	
	XI, 10 90, 136, 475	c. 75	129
<i>Ethica Nicom.</i>	m, 800	<b>Bernardus S.</b>	
	65	<i>Epist.</i>	213 391
	14 215, 228	<b>Bernardus de Botone</b>	
	vi, 215, 228	<i>Glossa super Decretales</i>	
<i>Politica</i>	III, 10 359, 415	in <i>de divortiiis</i> l. VI lit. 19 c. 7	6/5
		in <i>de haereticis</i> l. V tit. 7 c. 9	647
<b>Augustinus S.</b>		<b>Caietanus (Thomas de Vio)</b>	
<i>Contra epistulam Manichaei</i>		<i>Comment, in Summam Theol.</i>	
l. v, C. 6	54, 699, 710	in III, q. 8, a 3, n. 2, 3	320
<i>De agone christiano</i>		<b>Cassidoms</b>	
c. 30, 2	61, 6/2	<i>Historia tripartita</i> l. V c. 39	708
<i>De consensu euangelistarum</i>			
l. i, c. 2	53		

<b>Clementina</b>		D. I x x i x, c. 8	569	Je5
<i>Epist. Clementis ad Iacobum</i>		D- I x x i x, c. 11	114, 295i	3%
c. 5 ; c. 6	784, 787	D. I x x x v i i i, c. I		667
<b>Corpus Iuris</b>		D. X C I I I. C. 24	64,	39
<i>Decretum Gratiani</i>		PARS II.		
PARS I.		c. 1.	q. 7, c. 19	260
D. iv, c. 2	597	C. II.	q- 1, passim	260
D. iv, c. 3	153, 576	C. II,	' o,	364, 388
D. vi, c. 3	622	C. ii.	q. 7, c. 33	18
D. XV, c. 2	666, 678	C. ii,	q. 7, c. 40	169, 413
D. xvi, c. 4	700	C. II.	q. 7, c. 41	358, 413
D. xvii, per tot.	79, 107, 214, 228	C. n,	q. 7, c. 42	358
D. x v i i, c. 6	220	C. v u,	q. 1, c. 6	251
D. x i x, c. 7	10,21,77,106, 128, 267, 509	C. v u,	q. 1, c. 49	421
D. x x i, c. 2	18, 20, 125	C. v i n,	q. 1. c. 1	76,201,723
D. x x i, c. 3	12, 510	C. v i n	q. 1, c. 18,	421
D. x x i, c. 4	254	C. i x,	⊗ ⊗ ⊗ =,	390
D. x x i, c. 7	344, 358, 428	C. i x,	q. 3, c. 10	149
D. x x i i, c. 6	525, 529	C. i x,	q. 3, c. II	114
D. x x i i, c. 7	567, 581-583	C. i x,	q. 3, c. 13	149
D. x x i i i, c. 1	733, 753	C. i x,	q. 3, c. 14	149, 393, 394
D. x x x i, c. 1	616, 628	c. i x,	q. 3, C. 15	149, 389
D. X L, c. 6	77, 114, »49, 178.242, 262, 275, 301, 311. 345, 347, 356, 364, 377, 387, 443,757, 793	C. I X,	q. 3, c. 17	149
D. L X V I, c. 2	20, 51	c. I X,	q. 3, C. 3	471
D. L X V I I I, c. 6	25	c. X I,	q. 3, C. 9	670
D. L X X V, c. 5	20	C. x i i,	q. 1, c. 9	254, 336
D. L X X I X, passim	754	C. X X I V,	q. 1, C. 1	251, 377
		C. x x i v,	q. I, c. 4	259, 336
		C. x x i v,	q. 1, c. 6	61
		c. X X I V,	q. 1, c. 9	178
		C. x x i v,	q. 1, c. 10	178
		c. x x i v,	q. I, c. 12	133, 178
		C. X X I V,	q. 1, c. 14	649
		c. x x i v,	q. 1, c. 15	71
		c. X X I V,	q. I, c. 18	18

C. xxiv, q. h c. 31	251	<i>de poenil. el remiss.</i> , l. V, L 38,
C. xxiv, q- 3, prol.	258	c. 14 91
C. xxv, q. 1, c. 1	113	<i>de sent, excomm.</i> , l. V, t. 39, c. 28 177
C. XXV, q. 1, C. 7	66, 151	<i>de reg. iuris</i> , l. V, t. 41, c. 1 287
c, XXV, q. 1, C. 9	66, 152	
C. xxvi, q. 2. c. 6	344	III. LIBER SEXTUS DECRETALIUM
C. xxvii, q. 1, c. 24	260	
C. XXVII, q. 2, c. 20	62<9	<i>de constitutione</i> 1.1, t. 2, c. 1 528
D. I <i>de poenil.</i> , c. 51	250	<i>de elect, et electipot.</i> l. I, t. 6
C. XXXVI, q. 2, c. 6	344	c. 3 12, 71, 84, 754
C. XXXVI, q. 2, c. 8-11	172	<i>de renuntiatione</i> i. I, t. 7, c. 1 287
		<i>de haereticis</i> l. V, t. 2. c. 7 362
		<i>de verb, signif.</i> l. V, t. 12, c. 3 625
		IV. CLEMENTINAE
		<i>de elect, et electi pot.</i> , l. I, t. 3,
		c. 2 754
		<i>de haereticis</i> , l. V, t. 3, c. 2 270, 271
		V. EXTRAVAGANTES COMMUNES
		<i>de maior, et obed.</i> , l. I, t. 8 c. 1
		150, 395
		Felinus Sandeus
		<i>Commentaria in Decretales</i>
		in <i>de rescriptis</i> l. I, tit. 3, c. 20 218
		Fitz Ralph Richardus
		(Armacanus)
		<i>Summa in Quaest. armenorum</i>
		l. VII, c. 19 728
		Gersonius Ioan.
		<i>De auferibilitate Papae ab Ecclesia</i>
		Cons. 10a sq. 354, 359
		Ila 215
		12a 358

PARS III.

D. I, c. 8, <i>de cons.</i>	87, 247
D. I, c. 17, <i>de cons.</i>	111

II. DECRETALES

<i>de elect, et electipot.</i> l. I, t. 6, c. 4	
79,91, 106, 172, 214, 694, 696	
<i>ibid.</i> , l. I, t. 6 c. 17,	10
<i>ibid.</i> , l. I, t. 6 C. 20,	183
<i>de iureiurando</i> , l. II, t. 24, c. 30	668
<i>de cler. non resid.</i> , l. III, t. 4, c. 2	670
<i>de cone, praeb.</i> , l. III, t. 8 c. 4	91
<i>de decimis</i> , l. III, t. 30, c. 27	356, 409
<i>de conv. infid.</i> , l. III, t. 33, c. 1	615
<i>de bapt. et eius eff.</i> , III, t. 42,	
c. 3 178, 643, 645, 650, 652	
<i>de presb. non bapt.</i> , l. III, t. 43,	
c. 1	316
<i>ibid.</i> , l. ni, t. 43, c. 3	III, 316
<i>qui filii sunt legit.</i> , l. IV, t. 17,	
c. 13	622
<i>de divortiis</i> , l. IV, t. 19, c. 7	615
<i>de haereticis</i> , l. V, t. 7, c. 12	261
<i>ibid.</i> , l. V, t. 7, c. 13	362
<i>de privilegiis</i> , l. V, t.33, c, 13	525



16a	243	l. XI, ep. 45 (al. 39)	169
19a	430		
<i>De potestate ecclesiastica</i>			
Cons. 4a	154, 164	<i>Epist.</i> 146, q. I	64
6a	157, 158	<i>Ps. Hieronymus ad Damasum</i>	
7a	156, 162	(s. <i>Pelagius</i> )	649
8a	354, 430		
10a	161, 164, 183		
11a	158, 159, 160, 215	<i>Summa in Decretum Gratiani</i>	
12a	162, 163, 216	in c. 4, D. XXI	254
<b>Glossa interlinearis</b>			
in Lev.	XVIII, 28		22
Luc.	XII, 42		398
Ioan.	X, 1		85
Act.	xiii, 3		20
I Cor.	XII, 28		24
Gal.	I, 1		28
»	II, 14		357
Tit.	III, 10		347
<b>Glossa ordinaria</b>			
in Ps.	LXV, 20		419
Luc.	xii, 42		398
Act.	xv, 23		170
Gal.	i, 1		28
Gal.	I, 11		18
<b>Gratianus</b>			
<i>Commentum in Decretum</i>			
D. IV,	c. 3		153
D. VI,	C. 3		622
C. n,	q. 7, p. VI,		358
C. IX,	q. 3, c. 9		390
C. XXXVI,	q. 2, C. II		690
<b>Gregorius Magnus S.</b>			
<i>Epistularum elenchus</i>			
l. V,	ep. 20		10
<b>Hieronymus S.</b>			
<i>Epist.</i> 146, q. I			
<i>Ps. Hieronymus ad Damasum</i>			
<i>(s. Pelagius)</i>			
<b>Huguccio (Hugo)</b>			
<i>Summa in Decretum Gratiani</i>			
in c. 4, D. XXI			
<b>Ioannes Andreas</b>			
<i>Glossa in lib. VI Decretalium</i>			
in <i>de elect, et electi pol.</i> l. I,			
t. 6, c. 3			
754			
<b>Ioannes Antonius de S. Georgio (Alexandrinus)</b>			
<i>Commentaria super Decretum</i>			
in D. XVII, c. 1			
218			
in D. XVII, c. 6			
220			
<b>Ioannes Chrysostomus S.</b>			
<i>Homiliae LXXXVIII in Ioannem</i>			
Hom. 88, c. 1			
10, 38			
<b>Ioannes Teutonicas</b>			
<i>Glossa super Decretum Gratiani</i>			
in D. XXI, C. 7			
258, 273, 344			
in D. XXXI. c. 1			
6/6, 628			
in D. XL, c. 6			
254, 344, 356			
361, 377, 425			
in D. LXVI, c. 12			
51			
in D. xcni, c. 24			
524, 527			
in C. vin, q. L c. 1731, 745, 755			
in C. IX, q. 3, c. 13			
62/			
in C. xxiv, q. 1. c. 1			
254, 377			

inC. XXV, q. I, c. 6	151		<b>Theophylactus</b>
inC. XXV, q. 1, c. 7	151		<i>Enarratio in Evangelium Ioannis</i>
			in Ioann, c. 21, v. 17 10
			<b>Innocentius III</b>
			<i>Sermones</i>
<i>De consecr. Pont. Max. S. II</i>	395		<b>Thomas Aquinas S.</b>
			<i>Commentum in IV ll. Sent.</i>
			LIB. I
<b>Isidorus Hisp. S.</b>			d. 15, q. 1, a. I, ad 3, 4 49
<i>De ortu et obitu Patrum</i>			LIB. III
LXVIII. 113	71		d. 13, q. 2, a. 2, q <sup>8</sup> 2, ad 2 247,327-9
<b>Leo Magnus S.</b>			LIB. IV
<i>Epist. 10, c. 1</i>	10		d. 15, q. 1, a. 1, ad 3, 449
<b>Missale Romanum</b>			d. 19, q. I, a. 1, q <sup>3</sup> ad 3 82, 180
<i>Oratio pro Dom. Papa</i>	84		d. 19, q. I, a. 3, q <sup>3</sup> ad 3 335
<i>Praef. de Apostolis</i>	40, 46		d. 19, q. 2, a. 2, q <sup>8</sup> 2, ad 2 115
<b>Nicolaus Lycanus</b>			d. 19, q. 2, a. 2, q <sup>3</sup> ad 1 255
<i>Glossa in Matth. XVIII. 17</i>	471		336, 341
			d. 19, q. 2. a. 2, q <sup>3</sup> ad 1 392
<b>Ockam (Guill. de)</b>			d. 19, q. 2, a. 2, qa 3, ad 2 144,392
<i>Dialogus</i>			d. 24, q. 3, a. 2, q <sup>8</sup> 3, ad 1 21, 44
P. in, tr. 2, l. 3. C. 5	725		d. 46, q. 2, a. 2, qa 2, ad 5 115
<i>Quaesi. VIII super Pot. Sum. Pont.</i>			<i>Tract, contra impugn. Dei cultum</i>
qu. 1, c. 9	622		<i>et religionem,</i>
<b>Origenes</b>			C. 4 42, 63, 92. 106, 151, 194, 228
<i>Comment, in Ioannem</i>			<i>Summa contra Gentiles</i>
tr. XX, c. 12	751		l. III, C. 95, 96 417
<b>Petrus Lombardus</b>			l. IV, C. 76 11, 12. 21. 44 70, 74, 136
<i>Sententiarum libri IP</i>			<i>Tractatus contra errores Graecorum</i>
l. I. d. 16	689		c. 65-68 13
			c. 66 95
<b>Rufinus</b>			c.67 132,197
<i>Historia ecclesiastica</i>			<i>Quaestiones quodlibetales</i>
i. I. c. 21, 22	708		q. 9, a. 16 132, 134, 177

<i>Quaestiones disputatae</i>			
de pot. q. 10, a. 10, ad 13	186, 197	q. 10, a. 3, ad 3	318
<i>Commentaria in ll. Aristoteles</i>		q. 10, a. 5	318
in Phys. l. V lec. 4	5/7	q. H, a. 2, ad 3	134, 178
in De Anima l. III lec. 3	184	q. 11, a. 3	352
<i>Commentaria in epistulas D. Pauli</i>		q. H, a. 4	352
in I Cor. c. 12, l. 3	26	q. 12, a. 2	449
in Gai. c. 1 l. 1	28, 40	q. 33, a. 4, ad 2	22, 41, 115
in Gai. c. 1 l. 2	350	q. 34, a. 2	356
in Gal. c. 2 l. 2	17, 22	q. 39, a. 3	251, 333
in Gal. c. 2 l. 3	40	q. 39, a. 5	266
in Coi. c. 2 l. 3	414	q. 67, a. 1	275
<i>Catena aurea</i>		q. 100, a. 1, ad 7	62
in Matth., c. 18, n. 5	60	q. 120, a. 1, ad 3	228
in Ioan., c. 3, n. 6	323	Illa	
<i>Expos, super symb. Ap.</i>		q. θ, a. 3 c.	320
in: « Credo in unam... Eccl. »	714	q. 8, a. 3, ad 2	315, 319
<i>Summa Theologiae</i>		<b>Turrecremata (Joannes de)</b>	
I llae		<i>Summa de Ecclesia</i>	
q. 1, a. 1	406	l. II, c. 93	150, 395
q. 90, a. 4	195	— c. 100	117, 196
q. 92, a. 2	65	— c. 103	361.362, 424
q. 96, a. 5, ad 3	113, 181	-- c. 104	335
q. 100, a. 8	227	— c. 106	418, 422
Ha Hae		l. m. c. 34	196
q. 1. a. io	132, 134, 178, 197. 226, 642		

## INDEX ONOMASTICUS

- Albertus Magnus S. 150, 335, 395  
 Alexander V. P., 601, 605  
 Alexander a S. Elpidio, 150  
 Alexander Halensis, 150  
 Almain lac 446, 506, 691  
 Alvarus Pelagius, 150  
 Ambrosius S 31, 250, 575  
 Anacletus P. 18, 20, 50, 295, 386  
 Anterius P., 149, 389, 662  
 Ariminense Concilium, 708  
 Arius, 707  
 Augustinus S 517, 576, 597, 649  
 Augustinus Triumphus, 150, 395  
 Barnabas S. Ap., 20, 170  
 Basileense Cone., 72, 118, 119, 172, 186, 187, 196, 222, 236, 361, 423, 599, 608  
 — : sess. II, 58, 116, 187, 239  
 — : sess. XI, 237  
 — : sess. XVIII, 58, 116, 239  
 Beda Ven. S., 590  
 Benedictus IX, 361  
 Benedictus XIII, 98, 103, 218, 361, 601, 602, 605  
 Bonaventura S., 150, 335  
 Bonifacius I P., 149, 356, 387, 662  
 Bonifacius VIII P., 150, 396, 754  
 Caecilianus ep., 566  
 Caietanus 1, 5, 7 n., 18 n., 418 n., 420 n., 446, 504, 506, 633  
 Canones Apost. LXXXV, 700, 711  
 Carthaginense Concilium 670  
 Chalcedonense Cone., 525, 621, 677, 708  
 Christophorus P., 361  
 Clemens I P. (S.), 52, 201, 620, 632-4, 731, 752  
 Cletus P., (S.). 53, 752  
 Coelestinus III P., 615, 626  
 Coelestinus V P, (S.), 287, 302, 369, 383, 754  
 Constantiense Cone., 13, 72, 90, 93, 97, 103, 104, 118, 119, 164, 171, 172, 183, 186, 206, 212, 218, 223, 231, 236, 361, 423, 436, 599, 603, 606,  
 — : sess. IV, 7, 102  
 — : sess. V, 7, 57, 72, 98, 99, 102  
 — : sess. VI, 101  
 — : sess. VIII, 58, 100, 102  
 — : sess. XIV, 98, 602  
 — : sess. XV, 13, 70, 100, 102  
 — : sess. XIX, 102  
 — : sess. XX, 602  
 — : sess. XXI, 100, 102  
 — : sess. XXII, 98, 602  
 — : sess. XXXIX, 198, 237  
 — : sess. XLV, 99, 101, 102, 196  
 Constantinopolitanum Cone. I, 621, 666  
 Constantinopolitanum Cone. III, 700, 711  
 Constantinopolitanum Cone. IV, 567, 581-583

- Cyprianus S., 18, 50, 251  
Cyrillus Hier. S., 132, 6/3, 649  
Damasus P. (S.), 358, 413, 568,  
584, 649  
Ellies du Pin. 156  
Ephesinum Cone. I, 621, 666  
» » II, 707  
Eugenius IV P., 13, 25, 58, 116,  
118, 196, 239, 361, 423, 608  
Eusebius S. P., 388, 662  
Eutychès, 707  
Felix II, P. 361  
Felix V, antip., 361  
Flisco (Nicolaus de), 1, 2, 3, 446  
Florentinum Concilium, 13, 25, 96,  
108, 116, 194, 469, 608  
Gelasius I P.(S.), 12n., 113,149,251  
Gersonius Ioan., 446  
Gratianus, 691-693, 754  
Gregorius I P. (S.), 323,358,413,  
421,422,6/6, 628, 666, 678,  
721  
Gregorius IV P., 358  
Gregorius VI P., 361  
Gregorius X P., 71,754  
Gregorius XII P., 98, 103, 601,  
602, 605  
Guido de Baysio, 150  
Hadrianus V P., 754  
Hervaeus Natalis, 150, 396  
Hieronimus S., 18, 50, 60, 64, 71,  
139, 172, 358, 422, 649, 653,  
656, 690-2  
Hieronimus de Praga, 100  
Hierosolymitanum Cone., 163,170,  
665, 676, 709  
Hilarius S., 60, 89  
Hosliensis, 150  
Hugo a Sancto Victore, 150  
Huguccio (Hugo), 258, 273  
Hus Ioan., 13, 70, 74, 100, 102  
Iacobus (minor) S. Ap., 20, 51,  
163, 170, 171, 676  
Innocentius I P., 113, 149, 649  
Innocentius II P., 391  
Innocentius III P., 91, 316, 409,  
6/5, 622, 626, 763  
Innocentius IV P., 150  
Innocentius V P.(B.), cf. Petrus de  
Tarantasio,  
Ioannes S. Ap. 17, 20, 29, 49,  
53, 163, 168, 170, 397, 512,  
620, 632-4, 676, 687  
Ioannes III P., 76, 101, 752  
Ioannes XII P., 361  
Ioannes XXI P., 754  
Ioannes XXII P., 614, 625  
Ioannes XXIII P., 57,98,103,212.  
361, 436, 601, 606  
Ioannes Andreas, 150  
Ioannes Chrysostomus S., 323  
Iulianus P., 445, 754  
Iustinus Imp., 201  
Ladislaus, rex Pol., 102  
Lateranense Concilium IV, 91  
Leo Magnus P. (S.), 10,21,77,106,  
128, 267, 509, 525, 529, 708  
Leo IV P., 358  
Linus P. (S.), 53,745, 744, 752  
Lotharius rex, 471  
Lucas S. Ev., 53  
Lugdunense Concilium, 12, 84. 469,  
754

- I
- Marcellinus P. (S.), 258, 344, 362, 428  
Marcellus I P. (S.), 71  
Marcus S. Ev., 53  
Martinus V P. 13, 58, 70, 74, 90, 93, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 120, 172, 183, 196, 198, 206, 231, 434  
Maximus Confessor S., 132, 613, 649  
Melchiades P., (S.), 566  
Meldense Concilium, 69/  
Nicaenum Concilium I., 621, 666  
Nicolaus I P., 149, 344, 471  
Nicolaus II P., 733  
Nicolaus in P., 614, 625  
Nicolaus V P. 423  
Oratores regis Poloniae, 102, 396  
Paschalis II P., 91  
Paulus S. Ap., 17, 18, 20, 22, 28, 48, 115, 169, 170, 255, 397, 428, 445  
Pauperes de Lugduno, 174, 314, 486  
Pelagius II P., 12, 510, 616, 627  
Pelagius, 649  
Petrus S., prine. Ap., passim  
Petrus de Palude, 150, 395  
Petrus de Tarantasio (Innocentius v), 150, 396  
Pisanum Concilium, 601, 604- 606  
Richardus de Mediavilla, 150  
Romanum Concilium VI, 733  
Sigismondus Imp., 602  
Sixtus in P., 344, 358  
Stephanus VI (al. Vil) P., 361  
Symmachus P., 149, 358, 393  
Thomas Aquinas S., 150, 333 643, 649  
Uricus de Argentina, 150, 395  
Urbano VI, 204, 231, 434  
AVicleff Ioan., 13, 58, 100, 102  
Tiosimus P. 66

## INDEX ANALYTICUS

- Actus, actio, actor: eius est potentia, cuius est actus, 738, 741 ;  
actus activorum fiunt in patiente disposito, 304 ; superioris virtutis est  
disponere de actu inferioris auctoritative, 289 ; — actiones sunt singu-  
larium, 465 ; — actor sequitur forum rei, 465 ;  
« Ad idem genus pertinet commissio, et omissio, sicut affirmatio et ne-  
gatio », 271.
- Aequivocatio: de Ecclesia integra et de communitate Ecclesiae, secluso  
capite, 595 ; de Concilio integro et de Concilio secluso Papa, 706.
- Amotio Papae: non est corruptio papatus, sed coniunctionis papatus et  
personae, 292 ; ad eam non requiritur potestas superior Papa, sed su-  
perior coniunctione inter personam et papatum, 292-312; — tribus  
modis fieri potest, 293 ; — solus Christus potest amovere Papam ut  
potestas superior Papa, 294.
- Analogia : lex analogiae, 138 ; de analogia inter Ecclesiam et societatem  
naturalem simpliciter loquendo, 450, 590; quoad media defensionis  
contra principem indignum, 593.
- Appellatio ad Papam: 186, 197.
- Approbatio: « Statuimus, sacro approbante Concilio », 684.
- Apostoli, apostolatus : dignitas et potestas apostolatus, 23 sq. ; — Apo-  
stoli quantum ad apostolatus auctoritatem fuerunt simpliciter aequales,  
27; similiter quantum ad potestatem ordinis episcopalem, 52; —  
Apostolatus est immediate a Christo, 27 ; — Apostoli subditi erant  
Petro, 29 ; acceperunt immediate a Christo ex speciali gratia potesta-  
tem quam regulariter a Petro erant accepturi, 33, 34, 51, 55, 489 ;  
sunt quinque differentiae inter potestatem Petri et potestatem aliorum  
Apostolorum, 35-42;— Apostoli pares erant Petro in potestate exse-  
cutiva, 41. 55; legatione universali fungebantur, 46, 509, sed sibi  
propria atque incommunicabili, 509 ; — Apost. acceperunt immediate a  
Christo potestatem ligandi atque solvendi, 125, equidem universalem,  
in suis dumtaxat subiectis, 126, 127; habuerunt immediate a Christo  
potestatem ordinis, 33 ; erant episcopi sive ab ipso Christo sive a Pe-  
tro ordinati 39, 51; singulos episcopos per loca instituebant, 200;

— praedicti fuerunt charismate inspirationis, 53, ita quod Petrus, seu Ioannes in doctrina fidei locum S. Scripturae tenebant, 633-634.

Articuli fidei: 408, 713.

Auctoritas S. Thomae: 644 649.

Baptismus: facit membrum Christi, 321 ; alii effectus, 314; propriissimus et infallibilis effectus eius est character, 321.

Canones, canonistae: 7, 114, 149, 266, 367, 395, 408, 425, 426, 435, 662, 684.

Capitulum « Frequens » : 198, 237.

Cardinales: sunt assessores Papae fallibiles, 174-176; electores Papae, 202, 302, 745, a iure statuto Pontificis, 310, 743, eventualiter possunt Papam etiam deponere nomine Ecclesiae, 310, 768.

Caritas : non exigitur ad habendam iurisdictionis, vel ordinis potestatem, 174, 314.

Causa: 287, 299, 321.

Censurae: 266; — omnis excommunicatio est censura, 335.

Character: effectus inseparabilis baptismi, 314, 316, 320; indelebilis, 318, 320; quem nihil supplere potest, 316; — constituit membrum Christi secundum quid, 315, 319-320; — habens solum characterem est simul fidelis et infidelis diversis respectibus, 317; in quo differt habens characterem ab habente fidem et charitatem, 319.

Christianitas : differt a fide, 406 ; est status quidam ecclesiasticus ex fide et characterem constitutus, 772 ; infidelitas opponitur christianitati, 405, 773 ; — defectus christianitatis reddit Papam deponibilem, 773-775.

Claves, cf. potestas (clavium).

Communitas Ecclesiae: non est talis naturae ut ad ipsam spectet providere sibi de principe, 453, seu instituere aut destituere vicarium principis, 454', — Papam non ab Ecclesiae communitate, sed a Iesu Christo auctoritatem naturaliter habet, 452. — Communitas Ecclesiae non habet immediate a Deo potestatem, 476-482', 497. — Habet dominium temporalium, 130.

Concessio : quod alicui gratiose conceditur, non debet ab aliis trahi in exemplum, 127; — cui concessum est magis, minus quoque concessum esse videtur, 409.



Concilium Universale: promiscue sumitur pro Ecclesia, 56; quomodo ad Papam comparatur, 68, 81; ad Ecclesiam, 56, 176, specialiter quoad privilegia personalia et infallibilitatem, 716-719: — auctorizatur a Papa, 79, qui decreta eius confirmat, 197, 222, et a quo dissolvi potest, 108.

2. habet auctoritatem a Papa, 178, 694-696, equidem universalem, 502, 682, non tamen aequiparantem illi Papae, 681, 683; habet a Papa, quod repraesentet universam Ecclesiam 108, 721; incluso Papa, immediate habet auctoritatem a Iesu Christo, 107, 617; — Auctoritas Synodi includit Papam, 678, 680; proinde constitutio Concilii a Papa auctorizati Papae constitutionem priorem contrariam tollit, 528, sed Synodus nihil potest sine auctoritate Romani Pontificis statuere, 754.

3. secluso Papa, nihil potest nisi quod per singulas potestates in eo contentas potest, 203, 678, 682; vicarius Concilii, si est, cedit Papae 504; Concilium non habet potestatem papalem suppletive 202, 206; aliquando electio Papae ei devolvitur, 204.

4. Ad Concilium spectat ultima decisio fidei ratione capitis, 707; cum Papa errare non potest, potest autem sine Papa, 705-712, et de facto erravit in decretis Constantiensi et Basileensi, 186, 187; a Concilio ad Papam conceditur appellatio, 186, 197; praesentia Papae maiorem dignitatem necnon infallibilitatem Concilio confert, 683.

5. Concilium perfectum dicitur: vel simpliciter, vel secundum praesentem Ecclesiae statum, 221; Concilium perfectum simpliciter non potest absque Papae consensu fieri, 223, 607; repraesentat Ecclesiam integram, 721; — perfectum autem secundo modo potest sine Papa congregari, 229, sed eius potestas limitatur, puta ad depositionem Papae incerti, 231, 423; — Concilium potest absque temeritate deponere Papam haereticum pertinacem, 583, 686.

6. pandit recursus ad Concilium diversas ob causas, 580. Concilium eminet auctoritate *extensiva* necnon solemnitate, 580; quapropter rationes non desunt id convocandi, 635-636.

Coniunctio: materiae et formae, 291; coniunctio papatus et personae fit mediante humano ministerio, 285, 305; est opus nostrum, opus humanum, 290, 318-371; eiusdem potentiae est ac destructio, 298; — aliud est posse super coniunctionem Petri et Papae et aliud posse super Papam, 290, 763, 768; consensus electorum et electi diversimode

concurrunt ad coniunctionem, 303 ; coniunctio subditur legi humanae quoad modum actionis, 378; dissolvitur duobus modis, 383.

Consensus universalis: 267, 666, 678, 721.

Constantiense Concilium: historia, 103; admitti potest post unionem trium obedientiarum, 98, 206; approbatum fuit a Martino V, 100: at tamen decreta sess. V non sunt ab eo approbata 102, aut intelligenda sunt cum grano salis, 105 ; — deputatio fidei ibi incoepit in sess. VI, 102.

Consuetudo: universalis, per opp. ad Romanam, 139, 653, 655; quantum vim habet consuetudo in Ecclesia, 530; specialiter consuetudo virorum sanctorum, maximae in Ecclesia est auctoritatis, 655 ; arguitur ex consuetudine seu ex praescriptione, 200, 374, 647, 746.

Contumacia : lato vocabulo contumacia haeresis dicitur, 425.

Corpus mysticum: 314, 519.

Correctio : praeceptum Apostoli de duplici correctione servandum est ad litteram in casu Papae, 347-350.

Denuntiatio : 350.

Depositio cf. potestas depositiva : — opus est lege divina statuente casus depositionis Papae, 280, 372, 377; fit a potestate quae potest non super Papam, sed super coniunctionem papatus et personae, 296; multis modis fieri potest, 800.

Devolutio : electionis Papae ad Ecclesiam universalem, 204, 726, 745

Deus : non est differentia apud Deum in multis aut paucis, uno vel pluribus salvare, 180.

Deuteronomium : mandata eius non ad litteram hodie sunt servanda, 638.

Diaconi : 139, 202, 628, 656.

Dictio: nulla comparatio, etiam cum dictione exclusiva, excludit intnseca, 121.

Dispositiones: ad esse Papam sunt, ut Papa sit christianus voluntarius, 303, 307; ut acceptet electionem de se factam, 306; — it. ad fieri et corrumpi, 312, 378; ad esse, et bene esse, 382, 773-775.

Doctores \* 59, 135, 150, 166, 171, 178, 237, 267, 335, 361, 345, 364, 408, 662.

Dominium temporalium : pertinet ad communitatem Ecclesiae, 130.

Ecclesia : instituta fuit a Christo, 12; auctoritas eius immediate est a Deo, 7; iungitur Spiritui Sancto, qui est rector eius, 714; de ordine ecclesiastico primario et secundario, i. e. praesente et absente Christo, 59!.

2. triplici modo ad Papam comparatur, 68; de vero sensu comparationis inter Ecclesiam, seu Concilium et Papam, 81; sine capite Ecclesia non habet potestatem immediate a Christo, nec repraesentatur per universale Concilium, 74; nec est communitas perfecta, sed subdita, 194, 204; — cum Papa autem, immediate habet auctoritatem a Christo, 78; indefectibilis est in gratia, 174, 176, et infallibilis in definitionibus fidei, 131, 134, 135, 714.

3. Communitas Ecclesiae non habet immediate a Deo potestatem, 476-482, 497; proinde Ecclesia habet potestatem ratione partis, puta capituli, 492, 498, non autem ratione totius seu communitatis, 493-497; aut, si ratione totius, est ei a Domino potestas promissa, non autem immediate data, 498, 500. Ratione enim totalitatis, non plus potest Ecclesia quam possunt singulae potestates in ea contentae, 500, 501.

4. obtinet potestatem jurisdictionis ut regimen monarchicum, dominium autem temporalium ut communitas, 130; — non est maior Papa auctoritative, sed tantum amplitudine seu extensione numeri, 209, 580; non potuit umquam instituere papatum, 510, 598; potest super conjunctionem papatus et personae ex parte personae solum, et nihil potest supra Papam, 291, 297, 312, 374, 762-765; — non plus potest Papa et Ecclesia quam Papa solus, 75, 137, licet plures sint potestates Papae et Ecclesiae quam Papae solius, 137; in solo casu haeresis Papa subicitur Ecclesiae ita quod possit deponi, 403, 783, 787-790, 793; in aliis autem casibus Papa deponi potest orationis Ecclesiae 416-422; 798-806.

5. non potest regulare usum potestatis Papae nec eum supplere, 165, 180, 182, 186, 206; non est iudex Papae, 148, 149, nisi pro infidelitatis crimine, 660; auctoritative leges ferre aut interpretari non potest absque Papae sanctione, 193-195; sed nec applicare potestates ecclesiasticas ad personas potest, 199; aliquando lus eligendi Papam ei devolvitur, 204, 745. Ecclesia non iudicat de internis, 266, 270, 272, 582.

6. quomodo comparatur ad societatem civilem, 450, 590, 592-593, 789-790; specialiter quod depositionem principis, 801. '

Ecclesia particularis : quomodo ad episcopum comparatur, 680; habet potestatem ligandi atque solvendi, 127, in episcopo dumtaxat, 130; habet dominium temporalium, 130.

Electio Papae : spectat ad cardinales, 202, 302, 745 ; condiciones eius quales sunt, 285, 299 ; consensus electi praesertim requiritur, 300 ; irritari potest propter vitium formae, 371.

Epicheia : 215, 228, 371.

Episcopus, episcopatus : de episcopatu in se considerato et respectu maioris potestatis, 548 ; est una eademque potestas Ecclesiae et episcopi, sed diversimode, 680 ; episcopus quilibet potest dici vicarius immediatus Christi secundum quid, 561 ; episcopi sunt a Papa nominati, 203, et possunt ab eo amoveri, 295 ; in haeresim incidentes, sunt ipso facto excommunicati et possunt declarari privati, constituto de crimine, 346, 352 ; deponi possunt propter alia crimina, 386.

Exceptio : ab universali cum una exceptione facta, non nisi falso alia exceptio fit, 660.

Excommunicatio : 266, 349, 352.

Exegesis : Matth. XVIII, 8 ; 403, 791-793.

— Matth. XVIII, 17. 18: 143-146; 458-505. Limitatur textus ad quaedam peccata et ad certas personas, 143-145; falsa interpretatio 458-459; agitur de Ecclesia indistincte. 465, tam universali quam particulari, 467; de convocatione auctoritativa fidelium, 468, incluso Papa, 469; - verbis: «quaecumque....» potestas non immediate datur 476-477, 482, sed tantum promittitur, 489 ; quanta sit eius efficacia, simul insinuat, 488, 490.

— Matth, XXVI, 28 : 70/, 712.

— Luc. XXII, 32 : 651-652.

— Ioan. XVI, 13: 698, 708.

Fides: non exigitur ad potestatem ordinis, 315; fides informis facit membrum Christi secundum quid, 315; ex speciali privilegio fides formata semper durabit in Ecclesia, 716.

finômè: 215, 228, 371.

**Gratia:** hierarchia non fundatur super gratiam, 174, 314 ; Ecclesiae promissa est gratia personalis in aliquo supposito semper, 176, sed in quo, utrum in hoc coetu an in illo, non liquet, ib.

**Haeresis, haereticus :** haeresis est peccatum mortale oppositum fidei 265 ; haereticus censetur qui conclusioni ab Apostolica Sede damnatae pertinaciter adhaeret, vel de fide et sacramentis Ecclesiae adter docet ac Romana ecclesia, 178; discredens contra fidem solo actu interiore est vere, proprie et perfecte haereticus, 264, 265.

2. haeretici ut sic, etiam occulti, sunt excommunicat! et consequenter privati, saltem per suspensionem potestatis iurisdictionis, 270, 333,346; simpliciter et quantum est ex se, sunt extra Ecclesiam, 340, quamvis ad tempus ibidem maneant, 330 ; sed relapsi et excommunicat! non amplius admittuntur ab Ecclesia, 348.

3. sola haeresis reddit Papam deponibilem, 385, 400, 405, non ratione gravitatis, sed ratione status, 405, 406; contradicit nempe ad statum christianitatis, qui necessario requiritur ad esse Papae, 772-776; quomodo ad alia crimina comparatur, 409; solus casus haeresis excipitur ab impunibilitate Papae respectu Ecclesiae, 377, 387, 780-781 ; Papa potest esse in non decisis haereticus, 629, saltem materialiter, 631.

**Iesus Christus:** est caput Ecclesiae, 138, 451, 590, 798, simul ac subsistentia eius mystica, 519 ; est caput actu, etiam baptizatorum haeticorum, 328: provisor ac legislator Ecclesiae, 173; instituit immediate potestatem sacerdotalem et episcopalem, 560 ; mediante autem Ecclesia (saltem secundum aliquos), potestatem ordinum minorum et subdiaconatus, ib. ; characterem indelebilem conservat, 318; — disposuit regimen Ecclesiae ut vivus, non ut defunctus, 191, 452, 508; instituit Petrum vicarium suum cum plenissima auctoritate, 311; faciendo Petrum Papam non praevenit Ecclesiam, 508-511, 591 ; Ecclesiam non ipsi communitati, sed suo vicario subiecit, 444, 799.

2. habet potestatem supra Papam, 290, ut sibi propriam, 295; solus potest super coniunctionem papatus et personae ex parte papatus, 291 ; potest ordinare et limitare potestatem Papae, ib.; eiectionem eius sibi reservavit, 293, 295.

- Indifferens : opus humanum indifferens subicitur legi humanae dupliciter, 378.
- Indulgentiae : sicut et suffragia, sunt praelatorum ut dispensatorum, Ecclesiae autem ut proprietariae, 589; ad Papam specialiter spectat dispensatio thesauri ad utilitatem Ecclesiae, 685.
- Infallibilitas: cf. Ecclesia, Pontifex Romanus. Quomodo ad impeccabilitatem seu ad sanctitatem comparatur, 636.
- Infidelitas : cf. haeresis.
- Inspiratio : 53, 393, 426, 633, 634.
- Institutio : eiusdem est instituere et instituta mutare pro loco et tempore 598; distinguitur institutio reipublicae christianae simpliciter et ad tempus, 798-799.
- Iudicium : condiciones iudicii humani, 362, 427.  
Ecclesia non iudicat de internis, 270, 272, 382; Ecclesia non potest excommunicare quod non potest iudicare, 266.
- Jurisdictio : inest homini ex simplici commissione alterius, 266, 267 ; in Papa vero singulariter est a Deo immediate, 268; aufertur ab eo, mediante iudicio humano, 269; comparatur potestas Papae et episcoporum respectu iurisdictionis, 295.
- Iuristae: 266, 309, 364.
- Ius : praesens quaestio ad utrumque ius, naturale aut divinum et positivum spectat, sed differenter, 448: examinatur fundamentum iuris naturae 449-457 ; similiter fundamentum iuris divini, 458-505 ; de quibusdam regulis iuris, 202, 281, 306, 352; — ea quae sunt iuris divini sunt indispensabilia a praelatis Ecclesiae, 227 ; ius divinum et naturale obligat etiam Papam, 112; ius positivum universalis Ecclesiae servare debet Papa, 113.
- Justitia: 145.
- Lex: definitio, 195 ; actus legis, 65; de Lege utriusque Testamenti, 637, 638; lex divina statuit casus depositionis Papae haeretici, 280, 372, 377, 437.  
Consensus subditorum de more requiritur ut aliqua dispositio Papae aut Concilii vim legis habeat, 597 ; Papa tamen potest ipse solus legem instituere, 597, aut tollere, 372, 504.

Magisterium: comparatur ad actus iurisdictionis, 718.

Malitia : non sufficit ad depositionem Papae, 384.

Membrum Christi : character constituit membrum Christi secundum quid, 315 ; idem praedicatur de fide informi, 315 ; fideles peccatores comparantur membris aridis, 319 ; fidelis damnatus numquam desinit totaliter esse membrum Christi, propter characterem qui manet, 320.

Nominatio : dignitariorum ecclesiasticorum regulariter et principaliter est in Papa, 199.

Occultum : dividitur in per se et per accidens, 272 ; quomodo peccatum occultum ad forum Ecclesiae pertinet, 270, 271.

Odium Dei : 356, 405.

Oratio : depositio Papae contingit multis modis, puta per orationem perseverantem Ecclesiae, 800 ; haec superior est in ordine causarum atque efficacior providentia humana, 417, 803 ; correspondet ergo illi summo effectui qui est depositio Papae scandalosi, 422 ; solum est remedium, sed mira efficacitate dotatum, 418, 421, 804'6, at tamen virtus eius quandoque accidentaliter deficit, 419-420.

Ordo (sacramentum) ; institutus est a Christo immediate, 560, in ultima cena, 498.

Ordo supernaturalis : Ecclesia ad eum pertinet, 417.

Papatus: quomodo ad dignitatem apostolatus comparatur, 53; it. ad Papam, 283 sq ; est a Deo immediate, quasi opus suum, 284, 290 ; omnem potestatem virtualiter continet, 211 ; secluso Papa, non est in Ecclesia nisi in potentia ministerialiter electiva, 210 ; subiectum huius capax est christianus voluntarius, 303 ; incrementum, 171.

« Par in parem non habet imperium », 183, 254, 289, 373, 378, 463, 477, 481, 748, 766, 767.

Paulus : aliis praefulsit in dignitate apostolatus, 28.

Petrus: vicarius non Ecclesiae, sed Iesu Christi, 12, 55, 5/6, 519, 543, a quo fuit specialiter ac immediate electus, 269, 284, 59/, ac prae ceteris, 36-40, potestate universalem Ecclesiam pascendi, 29, 30, 52, post resurrectionem, 485, 489 dotatus ; cuius,

Ecclesiae sc., est caput non ex se, sed loco Christi, 5/6, 5/9, ita ut ab eo derivetur omnis ordinaria potestas, 31, 34, 44; debuit enim Petrus habere perpetuos successores, 746', in ipso Christus ipse instituit omnes suos successores, 509; proinde dicitur in persona Petri Ecclesiam claves accepisse, 61, 128, 129. reprehensus fuit a Paulo, 115; Hierosolymis simplici apostolatu, non papali auctoritate usus est, 171; de sacerdotio eius, 638; - elegit successorem suum, 76, 723, instituit Clementem Papam, 201, 752; prae-monitus de sua morte, 751, decedens reliquit potestatem electivam ecclesiae Romanae, 744.

Pontifex Romanus: I. est Iesu Christi Vicarius: 12, 53, 93, 136, 191, 508, 516, 519, 521, 550, 557, 564, 591, 677, 799; proxime et immediate, 561-562., habet potentiam immediate a Deo, 7; est successor Petri, 53, 96, 564; quomodo ad Petrum Papam immediate factum a Domino comparatur, 563.

2. est pater Ecclesiae simul ac filius, 595; est universalis Ecclesiae pastor, gubernator et rector, 13, 84, 96, 108, 116, 155, 194, 469, 520, 535; potestatis Ecclesiae moderator et director, 762; caput Ecclesiae, 678, 793, quoad potentiam, sed non necessario quoad nobilitatem, sanctitatem et personam, 138; status papalis est perfectissimus, 746; - est caput Ecclesiae universalis, et non solum singulorum membrorum, 69, 84, 154, 521, 535, 540; habet supremam potestatem in Ecclesia, 8, 13, 90, 706-, it. plenitudinem potestatis. 91, 108, 225, 311, 444, 799; non tamen subito ea usus est, 171; est episcopus Ecclesiae catholicae, 88-89, 147, 264, 545, 547, 549, 742; potestas eius est propter Ecclesiam finaliter, 136, 556; debet sub gravi curare de bono totius Ecclesiae, 225, 549.

3. potestas papalis supernaturalis est, et divino iure in persona unica primo est, 564; differt a potestate regali, 562-564; versatur circa spiritualia, et non circa temporalia nisi in ordine ad spiritualia, 639-640; Papa per se solum potest leges facere, 597, potest actum iurisdictionis etiam in invitam Ecclesiam exercere. 596; gubernat Ecclesiam secundum prudentiam suam, 181; subicitur iuri divino et naturali, nec potest in ea dispensare, 112; subditur statutis Concilii quoad vim directivam tantum, 113, 181.584, 662; absolute potest ea tollere, 372 504., de his quae non sunt de iure naturae aut divino potest non solum dispensare, sed mutare iura, 198; decisio unius Papae



alterum ligat, 630; causae maiores ad eum sunt referendae, 650; nominat ad omnes dignitates ecclesiasticas, 200; potest constituere episcopos ubique terrarum, 203; etiam potestas electiva ipsius Papae in sui potestate est, 76, 289, saltem eminenter, 735-737; et similiter potestas depositiva Papae haeretici, 748; disponit de electione sui successoris, 201, 749, 754.

4. ad ipsum spectat finaliter determinare de fide, 132-134, 178, 197, 211, ad normam S. Scripturae, 633, 642; est infallibilis, 222, 650, sed non impeccabilis, 174; potest errare privatim incredendo, 131, non autem in sententialiter de fide auctoritative definiendo, 132, 135, 178, atque formaliter, 641; in definiendo de qualibet alia re errare potest, 177; — infallibilis est propter orationem Christi, 652, et assistentiam Spiritus Sancti, 133, 135, 178, 190, 192, 642; eadem infallibilitate pollet atque Ecclesia, 134, 135, 178; infallibilitas personalis Rom. Pont. est maxime conveniens, 642.

5. Quomodo comparatur ad Ecclesiam seu ad Concilium, 68-82; quomodo Papa et Concilium ad Ecclesiam comparantur, 720-721; Papa non habet ullum superiorem in terris, 144, 154; Papa est super Ecclesiam seu Concilium divino iure, 83-97, 280, iuxta traditionem catholicam universaliter acceptam usque ad Concilium Constantiense, 171, 374; Papa est super Ecclesiam acephalam, 73; cum residuo Ecclesiae non est maioris potestatis quam ipse solus, 75, 137; potestas Papae est tota potestas Ecclesiae universalis et aliae potestates non sunt nisi participationes eius, 137, 677; Papa communicat potestatem suam Concilio, sed non totam, 503, 680-682; aliquo sensu potest dici minor Concilio secundum potestatem, scii, extensive et quasi intensive secundum quid, 681. — Papa dubius subicitur Concilio, 111, 423. Solius Papae est congregare Concilium perfectum simpliciter, 187, 223; confirmare actus eius, 92, 222, aut emendare, 222; a Concilio ad eum appellare licet, 186, 197.

6. Si sit catholicus, Papa non iudicatur a quocumque iudice in terris, 364; sola infidelitas reddit eum deponibilem, 385, 772-776; cum enim sit dominus iuris positivi, 372, nec in nullam possit incidere censuram, 335, non potest deponi nisi casus excipiatur a divino iure, 366, 377; atqui solus casus haeresis excipitur, 396. — Papa haeticus non est ipso facto depositus, 272, 275, sed deponendus, 275, potestate ministeriali Ecclesiae, 280, 282, quae potest non super Papa-

tum, sed super coniunctionem inter papalum et personam, 269, 312, 336, 342; duae monitiones, debent praecedere depositionem, 347; post depositionem. Papa est per alias poenas ab Ecclesia puniendus ac curiae saeculari tradendus, 322.

7. pro reliquis criminibus non est Papa deponendus, 403, 404, sed publice reprehendendus, 115. Papa indignus debet sese emendare, 413; eici potest a Iesu Christo, z.03, 295, oratione assidua Ecclesiae intercedente, 416-422, 800'806.

8. acceptando papatum, Papa se obligat Ecclesiae ad regimen ipsius, 306; potest huic renuntiare, 287, 293, 296, sed manet Papa donec renuntiatio eius acceptetur, 300, 306, 312; non ergo potest Papa invitam Ecclesiam deserere, 414.

**Potestas :** *applicatiua* ecclesiasticae potestatis ad personas, seu electiva, regulariter et principaliter est in Papa, in casu autem in Concilio seu Ecclesia, 199, 204 ; potestas applicative papatus ad personam eodem modo est in Papa, sed eminenter tantum et non formaliter, 735-743 item secundum eminentiam, non secundum auctoritatem efficaciam, 762; est potestas ministerialis, ab humana lege regulata, 371, habet pro obiecto coniunctionem personae cum papatu in fieri et in dissolvi, 290, 312, et non se extendit ad dispositionem coniuncti, 376; non potest exire in actum nisi vacante Sede, et tunc in subiectum dispositum, 378, 384 ; pertinet ad Cardinales, e iure statuto Pontificis, 302, 310.

2. *depositiua* : est minor papatu, 289, 290, et non potest limitare potestatem Papae, 312; si ad Papam comparatur, potestas ista est ministerialis, si autem ad coniunctionem papatus cum Papa, iam est auctoritaliva, 307 ; se extendit ad praeambula depositionis, 308, immo indirecte potest cogere Papam ad praeambula necessaria ad sententiam, 309, 764', pertinet ad universam Ecclesiam et non ad Cardinales nisi ex commissione, 310.

3 *iudiciaria* (iurisdictionis, clavium), non soli Petro, sed officio suo perpetuo collata est, 61, 128, propter bonum fidei et pacis Ecclesiae, 136; — immediate a Christo fuit Apostolis data, 125, universalis, sed non ad occulta per se, se extendens, 126; — convenit Ecclesiae ratione partis, puta capitis, 493-499, aut secundum communicationem partium in toto, 502 ; derivatur a Petro, 722, aut dispensative ab aliis Apostolis, 489, 490.

**Praelati** : sunt ministri Christi et Ecclesiae 586-588 ; praelatus est propter Ecclesiam et non e converso, 414; Ecclesia nihil potest statuere nisi auctoritate praelatorum ipsius, 194; hi non possunt dispensare in his quae sunt de iure divino, 227. — Acceptatio subiectum reddit capax praelationis, 304 ; mali praelati sunt tolerandi, 367, 396; pro solo crimine haeresis sunt divina lege deponendi, 396 ; insuper lex ecclesiastica casus depositionis statuit, 400, 401.

**Presbyteri**: 139, 202.

**Providentia**; 360, 416-8, 421, 794, 798-800, 803.

**Prudentia**: dividitur in monasticam et politicam, 180.

**Regimen** : diversae sunt species regiminis, 450 : regimen ecclesiasticum cuius naturae sit, non est a priori determinatum, 450-452 ; est monarchicum, 9, 11, 12, 32, 82, 130, 180, 289, 533 ; optime fuit provisum ecclesiasticae politiae, 592-593, maxime quoad depositionem Papae attinet, 416-422, 798 806.

**Renuntiatio** ; 299, 293, 296, 440; cessare facit coniunctionem papatus et personae, 383; Papa manet Papa donec renuntiatio eius acceptetur, 300,306.

**Revelatio**: fontes, 166; invenitur in S. Scriptura, 181.

**Romana ecclesia** : Christus elegit eam in Petri ecclesiam propriam saltem negative, 744, unde et eodem modo concessit ei potestatem electivam Papae, 244, 746, 748; abstractione facta a suo capite, inferior est Ecclesia vel synodo universali, 120; ratione autem capitis est de essentia Concilii et Ecclesiae universalis, 121 ; potestas Urbis est supra potestatem orbis, 139, saltem intensive, 656.  
2. convocat et confirmat Concilia, 91, 106 ; debet exsequi decreta Concilii 113; fides eius est norma veritatis in Ecclesia, 178, 647.

**Sacra Scriptura** : Spiritus Sanctus est auctor 633, 780 ; auctoritas in genere, 7, 426, cum Concilii auctoritate comparata, 690-692', norma interpretationis, 96. 172, 780; haeretici ea abuntuntur, 96.

**Scandalum**: 403, 791-793.

**Separatio**: pro excommunicatione, 249, 280.

**Simonia** : 345, 371, 425.

**Synodus**: cf. Concilium.

Theologia: quoad istud propositum, 7, 426; auctoritas  
fidem et ad articulos fidei comparata, 166, 408. **eius, 662, ad**  
Traditio apostolica: 166, 171, 172; ecclesiastica, 192,  
**647, 740.**

\ vinculum matrimonii : 299, 303, 435, 439.

Votum: 443.



## INDEX GENERALIS

Prooemium.....p.	3
Sigla.....»	7
<i>Synopsis op. de comparatione auctoritatis Papae et Concilii</i> »	9
<b>AUCTORITAS PAPAE ET CONCILII SEU ECCLESIAE COMPARATA</b> »	11
<i>Tabula capitulorum huius tractatus</i> .	» 195
<b>APOLOGIA DE COMPARATA AUCTORITATE PAPAE ET CONCILII</b> »	199
<i>Tabula comparatioa capitulorum ulriusque tractatus Caietani necnon libelli Iacobi <i>Almain</i>.....»</i>	321
Indices .	» 323
Index <b>biblicus</b> ....., . . . . »	325
Index <b>litterarius</b> .....>	329
Index <b>onomasticus</b> .....»	335
Index <b>analyticus</b> .....»	338
Index <b>generalis</b> .....	

## errata

p. 4		loco : 29	<i>lege</i> : 26
P- 24	§ 26	loco : 12,	fege: xii
P. 34	§ 53	— : Petru,	— : Petri
P. 48	§ 84 n.	— : 1er. 12,	— : XII
P. 87	§ 180 n.	IV Sent. 19,	— : Iv S., d. 19
p. 98		§ 205 (bis),	— : § 206
P- <b>HI</b>	§ 238 n.	Matth. vu, 52,	— ; Matth. vi, 5
P. 147	§ 335	(Qa. 9),	(Qa. 3.)
P. 171	§ 395	in lib. de Ecclesia,	— : in lib. de Ecclesia *
P. 184	§ 419 n.	Ps. I x v, 19,	— ; Ps. I x v, 20.

